LE VITT EMANUEL

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
70
3 A
22
VEAE 008602
Ac. 16°
1513
Ig I. II, 143
M

Racc. Ing. 70.3.A.22

Augustini Dathi ſcribe Senenſis Elegantiolæ: Nouiter correctæ & in priſtinum ſtatum redactæ. Libellus eiuſdem de nouem uerbis. contra uulgatam multorum opinionem. Eiuſdem libellus floſculorum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



7-3-A-22

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

¶Epiſtola Auguſtini Dathi Senenſis ad Matheũ Tomaſiũ cõciuẽ ſuũ

AVguſti. Dathus Matheo Tomaſio. S. putãt Stoici (vt probe noſti) paruam eſſe: vt magnam culpam. Ego tecum exiſtimauerim: magnã eſſe: vt paruam potius. Accepi tuas binas litteras. Erant partes meæ celere reſpõſum dari. Id diutius ſum cunctatus facere: certe non ſuperbia: cum ſuperbi videri ſoleat nõ reſpõdere: ſed nec incuria: cum tu ſis mihi maximæ curæ: nec obliuiõe: cum tu dies noctesq́ tum in memoria: tum in animo verſeris mihi. Sed alia fuere: quæ me ſegniorem reddiderũt ad id efficiendum: quod ipſe uæhementer exopto. Eſt enim iucundum mihi ad te ſcribere: iucũdius legere tuas litteras: ſed multo certe iucũdiſſimũ crebrum id: mutuumq́ obire munus. Nã cũ id fit: veras videor audire ac reddere uoces: Vnũ te præcipue oro: ne litteras numeres meas: ſed voluntatẽ ipſam metiaris: quorum primum forſan diuturnum ſilentium pariat: alterum vero faſcem litterarum rependat. Id tibi perſuadeas velim: ſumam mihi ex tuis epiſtolis uoluptatem comparari: quippe quæ amoris perſpicuũ faciunt documentum. Proinde perge ad me ſcribere: & expecta tuorũ laborum non iniucundam vicem. Quod autem ad iſagogicum libellum ſpectat: aperiam paucis meam ſententiam. Quum primum mihi nũciatum eſt: de ſuppoſiti nominis falſa inſcriptione: quum innouit deletum Auguſtini nomen: & immutatum eſſe titulum: prĩcipio ſtomachari cæpi: & accuſare temerarium auſum eorum. qui vel improbitate: uel ĩuidia indignum facinus fuiſſent auſi Poſt uero rem ipſam accuratius expendi cogitans id forſan ignoratione potius auctoris: q̃ falſi intentione feciſſe Quanq̃ nec mihi debet eſſe moleſtum: ſi Laurẽtii celebrius: q̃ meum ſit nomen. Nam vt taceam doctrinam eius viri quæ profecto fuit nõ mediocris cum longe anteiret ætate: lõgius anteibat & nomine. Illum ego accuſare debeã nõ iniuria: qui primus libellũ attribuit: & nomẽ meũ ſuppreſſit: atq́ (audenter dicam) me nõ uſq́ adeo ignobilẽ eſſe: vt puduerit eum: qui librum aſportarit: ferre & Auguſtini nomẽ. Nolo de meipſo prædicare: quod agenti vitio: audiẽtibus moleſtiæ eſſe cõſueuit. Sed certe libellus iſte non reponitur ĩter ea: quæ a me accuratius ſcripta ſũt. Fuit quoddã veluti ingenii delibamentum non mea voluntate: ſed quorundam amicorum opera: in lucem prolatum: qui ſe lecturos quidẽ: ſed minime edituros aſſeuerarent: ac tam breui lucubratione cõflatum eſt: vt dictu incredibile videri poſſit. Quidam religioſi viri primum abſtulerunt libellum: delectati (vt arbitror) præceptorum nouitate: & Venetias uſq́ perlatus eſt: ubi & de auctoris nomine fuit controuerſia. Demũ re cognita: Auguſtinus ĩſcriptus eſt: & celebratus auctor. Mox pleraſque Italiæ urbes peragrauit: nec uſq̃ accepi præterq̃ Ferrariæ nomẽ immu

tatũ:ubi is agit:q cũ alter Auguſtinus ſit:reliquat nemini iuſtæ deféſio nis locũ: Andreas Cappaci⁹clarus cui⁹plus dolet,q̃ ego ipſe:q cõdidi. Nã & ſuaſu eius opuſculũ confectũ:& ſuo nomini dedicatũ eſt. Nõ video opus eſſe cõcertatiõe pro repuſilla. Quod ſi in aut orationib⁹meis: aut in iis libris:q a me de Philoſophia ſcripti ſunt idẽ fieri animaduertã: cuius lenitatẽ:& mãſuetudinẽ experiunt:experiẽt etiã amaros morſus. Cupio ſcire de te:ſi aut odio cuiuſq̃ : aut inſcitia factũ ſit: & me q̃primũ certiorẽ facias. Ac tamẽ & ſi ad rẽ cõprobandã tu ipſe ſatis præſidii habes:tñ ne Senẽſiũ genus contemnẽdũ videat(ſi ipſe oportunũ iudicabis) & libelli proferã perſpicua documenta:qui a me ſcriptus eſt : & ſi q nebulones veritati tenebras effundere voluerũt:oſtẽdẽ:q̃ tollerãdũ ſit propriorũ bonorum poſſeſſione ſpoliari:& quod alienum a meo ingenio:& cõſuetudine eſt:lattatores agam dignis modis:Nam vereor iterdum ne non uerum ſit quod dici ſolet a nõnullis finitimi noſtris:Hetru ſcis gloriam inuideri. Itaq; rogo te: vt quicquid hac de re tibi exploratũ fuerit:q̃primum ad me ſcribas. quod erit mihi gratiſſimũ. Tuas litteras percupide deſiderio:me autẽ habebis ſemper tuis ſtudiis obſequẽtem: nõ ſecus atq; optimum fratrem. Commenda me tuo clariſſimo:atq; optimo patri:& tuos omnes iube ſalu:ere meis verbis. Vale.

¶Ad Mathæum Tomaſium Senenſem in demptorem tituli huius Iſagogici libelli clariſſimi Oratoris Aug. Dath. Senenſis Gaſpar Tribacus Mutinenſis Poeta inſignis.

¶Quiſquis es o Dathi titulum:qui demis ab arte.
Sic tibi ſint humeris brachia dempta tuis.
Sic tibi uel gladiis oculi fodiantur acutis:
Vel quocunq; alio deteriore modo.
Sic tibi obſcœno truncetur gutture lingua:
Sitq; tuum alterius Tydeos eſca caput.
Sic tua corda lupi lanient ſine fine rapaces:
Vel Tityi æternum quæ iecur vrget auis:
Dii te Tereidem faciant:puerumq; Thyeſtæ:
Quando uetat nimius te furor eſſe virum.

¶Franciſci Octauii Cleophili Ariminenſis:clari Poetæ epigramma ad Mathæum Tomſium Senenſem huius Iſagogici libelli Auguſtini Dat. Oratoris clariſſimi aſſertorem.

¶Quantum priſca tuo debes o Roma Camillo
Auguſto quantum Virgiliana Chelys.

Hunc tantum Matheæ tibi debere libellum
Dicimus: o gentis tutor amorq; tuæ
Per te direpti patriæ redduntur honores:
Per te ſublatæ reſtituuntur opes.
Inſcribis titulum: veraſq; in margine laudes
Aſſeris: & forti nomina dempta manu.
Dathe reſurreſti: gaude: tuus ecce libello
Stat labor: aſſerto: qui modo nullus erat.

¶ Benedicti Cinguli peregregii vatis epigramma ad ſummum ſui temporis oratorem: Auguſtinum Dathum.

¶ Vidimus eloqui decus Auguſtine libellum:
Nouimus ingenii flumina magna tui
Ingens fama viget: ſupera facundia famam:
Scribis enim priſcos inter habenda viros.
Qualia facundo dictabat Tulius ore
Talia quem legi uerba libellus habet.
Paſſim Cecropiam ſapiunt tua dicta Mineruam:
Inq; tuo regnat atthicus ore lepos.
Immortale tuum facies per ſæcula nomen:
Et facies cineri te ſupereſſe tuo.

❡Diſertiſſimi Rhetoris : Auguſtini Dathi : Senenſis iſagogicus libellus pro conficiendis & Epiſtolis : & orationibus ad Andream Capacium : conciuem per egregium : ac diſcipulum dilectiſſimum fœliciter incipit.

CRedimus iam dudum a pleriſq; uiris etiam diſertiſſimis perſuaſi : tum demum artem : quempiam in dicendo nonnullam adipiſci : ſi ueterum : atq; eruditorũ ſectatus ueſtigia optima : ſibi quiſq; ſemper ad imitandum propoſuerit. Neq; enim qui diutius in Ciceronis lectione uerſatus fuerit : non eſſe in dicendo : & ornatus : & copioſus poterit. Nam & aridiora crebrius conſectati : ipſi quoq; aridi : ieiuni : & inculti fiãt : neceſſe eſt. Lectitanti igitur mihi Ciceronis volumina : quem eloquentiæ parentem merito appellauerim : pauca annotatione digna viſa ſunt : quibus ſi utamur : uulgarium ſermonẽ aſpernati ad eloquentium orationem proximus accedemus. Sed tamen id imprimis quiſq; admonendus ſit : quod Rhetor diligentiſſimus & inſignis orator Fabius Quintilianus de orationis partibus dicere conſueuit. Neq; enim leges ſunt oratorum quadam ueluti immutabili neceſſitate conſtitutæ : nec rogationibus (ut idem dicebat) plebiſue ſcitis : ſancta ſunt iſta præcepta : ſed vti in ſtatuis : picturis poematibus : cæteriſq; : ita in exoranda quoq; eloquentis viri oratiane : plurimum ſemper decoris ac uenuſtatis habiut uarietas : atq; qđ dici ſolet cauẽdum tenendũq; illud eſt ante omnia ne ars ulla dicendi (ſi fieri poteſt) eſſe videat̃. Hæc igitur lex prima ſit commutatiõis varietatiſq; : quam eruditorum aures non difficile iudicẽt. Hoc igitur iacto fundamento per pauca deinceps ſcribam amice ſuauiſſime : quæ & ſi non ſemper vtplurimum tamen his rationibus tibi ſeruanda erũt. Sed iam noſtri inſtituti ita naſcat̃ exordiũ Plerumq;.n. qui oratione artis floribus : ac faleratis (ut aiunt(ſtudẽt uerbis : contra tritam uulgatamq; grammaticorum conſuetudinem : quod in calce abſolutæ orationis locari conſueuit : id illi potius coactã initio. Quod omne tibi fiet exemplo manifeſtius. Scis plenam orationem cõſtare tribus partibus : quod ſuppoſitum (ut eoꝶ ipſorũ vocabulis vtar) quod uerbum : quod appoſitum vocant. Dicunt igitur grãmatici Scipio affricanus deleuit Carthaginez : ornatioris uero eloqui homines cõuerſo potius vtuntur ordine. Carthaginẽ Scipio affricanus deleuit. illi Marcus Cicero familiariter vtitur Publio Lentulo. Nos uero Pub. Lẽtulo. M. Cicero familiariter vtitur. Quibus plane exemplis patre arbitro : appoſitum primum in oratione : ſuppoſitum medium nouiſſimum vero locum uerbum tenere. Sed & ſi quid pro grãmaticoꝶ more poſt appoſ-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tum ſitũ erit id initio oronis poni ſolet. Cuius rei exempla ſubnectam. Scipio Emilianus euertit. Numantiam urbem opulentiſſimã Hiſpaniæ. Hiſpaniæ opulentiſſimam urbem Numãtiam Scipio Emilianus euertit. Non ignoras eſſe multa genera epiſtolarum Epiſtolarum genera multa eſſe non ignoras. Lycurgus cõdidit ſanctiſſimas leges Lacedæmoniis. Lacedæmoniis. leges ſanctiſſimas Lycurgus condidit. Multaq; cõſimili ratione. Appoſitum igitur plerunq; pricipio ponitur: ſuppoſitũ medio: fine uerbum. Vt areopagum ſolon ſalaminus primus cõſtitit: Cæterum diuerſis & ordinibus: & locis locandæ partes ſunt pro aurium iudicio: quod quidem ſolo uſu comparatur.

¶ Iam uero de aduerbiis: quæ ſunt ueluti adiectiua uerbo℞ dici poteſt: paſſim vbi vis loci ponenda eſſe: vbi demum aptius congruere viſa fuerint modo in principio: modo in fine modo interiecta iter utrũq;. Qua in re diligenti eſt utendum conſilio: Sed prope uerbum frequẽtius per uenuſtam reddunt orationem: vt Fabius Maximus ante alios fortiter. atq; animoſe pugnabat. C. Lælius Scipione familiariſſime vtebatur. Clementiſſimus Cæſar humaniter ignoſcebat. Nunc uero ad reliqua.

¶ Præpoſitiones perpulchræ interſubſtantiua: atq; adiectiua nomĩa inſerentur. Vt facere in agro: ornatiſſimo in loco: maximas ad res: hãc ob cauſam: iuſtis de cauſis: aliaq; huiuſmodi complura Nec præpoſitiões ſolum: ſed & alia q̃plura: eiuſmodi: Nunc ſumemus exempla. Magna in republi. diligentia: maxima in parentes pietas: incredibilis in omnes ciues obſeruãtia: ſumma in hoſpites liberalitas: Atq; etiam perpulchrum inter duos caſus puta nominatiuos duos genitiui concinne ponuntur: ut omnia reipu. iura conſtantes militum animi: immania ſceleratorum homnium flagitia. Et econuerſo & conſtituta: ac tranſpoſita oratio plurimum exornat: vt huius claritudo viri: huius quirites autoritas loci.

¶ Venuſte etiam plerunq; præcedit adiectiuum nomẽ ſubſtantiuũ: ut tua dignitas: optima virtus: diuinum ingenium: exquiſita doctrina. Magni etenim refert: quo loco quæq; dictio ſita ſit: quod teſtatur Boetius ĩ ſis cõmẽtariis: quos in Ariſtotelis libros conſcripſit: vbi & Ciceronis: & Virgilii ponit exẽplum. Boetii autẽ ipſius hæc uerba ſunt. Et enim quantum ad compoſitionem orationis ſpectat: maximũ differt: quo uerba: & nomina prædicationis ſuæ ordine proferantur. Multũ enim intereſt in eo: quod ait Cicero. Ad hanc te amentiam natura peperit: uolũtas exercuit: fortuna ſeruauit: ita dixiſſet vt dictum eſt: an ita ad hanc te amentiã peperit natura: exercuit voluntas: ſeruauit fortuna. Sic enim minor eſt ſententiæ magnitudo: minuſq; in ea lucet: id quod ſi ſic cõponatur: eminet: & ſeſe uel nolentibus hominũ auribus animuſq; patefacit.

¶ Rurſum quoq; dicit Virgilius. Paciq; ĩponere morem: potuiſſet ſeruare metrum. ſi ita dixiſſet. Moremq; ĩponere paci. Sed eſſet debilior ſo

nus, nec eo ictu uerſus tam preclare vt nunc compoſitus diceret: quod idem non eſt apud Dyalecticos. Hæc Boetius. Nunc uero ad reliqua.

¶ Negatiua dictio apte in calce orationis ponitur: vt preſtantiorẽ te uidi neminem. Scipione clariorem in bellicis laudibus īuenies neminem Tua erga me beniuolẽtia: & tuo ī me animo gratius eſt. nihil Qui te ardentius amet, habes neminem.

¶ Sed & poſſeſſor antequam poſſeſſio. Optimi viri diuitiæ. Præſtantis uiri uirtus: prudentiſſimi hominis conſilium.

¶ Quid uero pulchriꝰ: q̃ ſi pro gerũdiis: q̃ appellãt: utemur gerũdiuis noĩbus? Vt tritũ eſt illud Priſciani exẽplũ Veni cauſam amandi virtutẽ. Veni amãdæ virtutis cauſa. Gratia gerẽdi bella. Gerẽdoꝝ belloꝝ grã. Ad amplexãdã uirtutẽ: magis q̃ ad amplexãdum virtutẽ dicimꝰ: q̃ vna præceptio optima ẽ: crebraqꝫ eius apud. M. Tulliũ: alioſqꝫ eloquẽtes viros fuit ſemp obſeruatio.

¶ Nunc aũt multa cõſiciã: quæ ſi diligẽter aduerteris. Haud Paꝝ latio: ornatoqꝫ cõducent eloquio. Sed id mihi īprimis animaduertẽdũ uidet: vt cũ tria fuerint: antecedẽs: cõſequẽs: & eoꝝ mediũ relatiuũ nomẽ. Si id cõſequens ſit uel hoĩs uel rei cuiuſpiã nomẽ: tum relatiuũ cõſequenti ſemp cõgruat. Alioquin nõ latina ſit oratio: ſed a doctiſſimoꝝ hominũ cõſuetudine aliena. Alias poteſt eſt alterutro cõuenire: ſi nõ cõſequatur propriũ nomen: Quã rem facile exẽpla declarãt. & priſcoꝝ autoritates complures. M. Cicero primo Tuſculanarum quæſtionum Studio ſapiẽtiæ: quæ Philoſophia dicit. Et ſexto de rep. Cõcilia: cœtuſqꝫ hoĩum iure ſociati: quæ ciuitatis appellãtur. atqꝫ iterum. Ex illis ſempiternis ignibꝰ quæ uos ſydera: & ſtellas nũcupatis. Saluſtii quoqꝫ illud tritũ. Eſt locus in carcere quod Tulianũ appellat. Innumerabilia in uetuſtis codicibus id genus inuenies. Nec id eſt Grãmaticæ artis vitium, quod qdã ignari litterarũ arbitrantur. Sed & nos aliquid exemplorum afferamus. Præclarum eſt Cicerõis opus: qui Cato maior dicitur. Nã quod Cato maior dicit nõ latinæ profertur. Cõſimiliqꝫ mõ urbis uiſceribꝰ cõſulẽdum eſt: qui ſũt ciues. Perditi viri ex urbibꝰ pellẽdi ſũt: q̃ & ẽ ciuitatũ pnicies: & ſentina dedecoris. Plerũqꝫ igit relatiuũ nomen cũ eo cõſoris eſt: q ĩ ſeqt.

¶ Illud quoqꝫ inſpectandum eſt. Nam cum tria exiſtãt. quorum vnum relatiuum nomen ſi frequentiſſime eorum duo in eiuſdem caſus exitu conueniunt. Nam ut exempli cauſa dicam aliquid: ſi quis hunc ſermonem protulerit liber: ĩ quo de virtute agitur: præclarꝰ eſt: Rectius: atqꝫ ornatius dixerit in quo libro de uirtute agitur præclarus eſt. Cõcordant namqꝫ eodem caſu ex tribꝰ duo illa: quæ maiore uicinitate iuncta ſunt. Aliud item exmplum huic ſermoni ſit. Quas miſiſti ad me litteras: iucundæ mihi fuerunt. Sermonem: quẽ audiſtis: non eſt meus. Quã exiſtimas Demoſthenis orationẽ. Aeſchinis eſt. Atqꝫ huius ſermonis cre-

brum inuenire poteris apud ueteres uſum. M.T. de officiis prio. Quorum aũt officiorũ præcepta traduntur:ea q̃q̃ pertinẽt ad finem bonorũ. Virgilius Maro in Aeneide. Vrbem:quam ſtatuo:ueſtra eſt. Terẽtius in andria Poſt hac quas faciet de integro comœdias:ſpectãdæ:an exigendæ ſint uobis prius. Idem. Populo vt placerẽt:quas feciſſet fabulas. Idẽ quas credis eſſe has:non ſunt ueræ nuptiæ. Atq; hmõi ſermo plurimum exornat. Id quoq; annotatu digniſſimum eſt:quum poſitiua uelimus augere nomina:vt his per præpoſitio accedat. Cicero i epiſtola ad Curionem. Charus æque ſis:ac periucũdus. Idem de oratore prio. Perbeati. Quin te frater illi uideri ſolent. Terẽtius in Eunuco. Perpulchra credo dona:haud noſtris ſimilia. Nam pergratum ualde gratũ ſignificat:& in orattione lepide perſonat.

¶ At ſuperlatiuus multo:lõge:& q̃ aduerbia præpõimus. Idque ſæpe numero perpulchrum uideri ſolet:vt longe amantiſſimus noſtri multo omnium fortunatiſſimus:& ago tibi q̃ maximas gratias

¶ Cõparatiuis vero uel multo:uel lõge p̃poni ſolet:vt iuſtitia multo p̃clarior ẽ cæteris uirtutibꝰ. Et ſocrates lõge aliis phyloſophis p̃ſtantior.

¶ Illud nequaq̃ omiſerimus. Quum.n.nomina quæpiã ſunt profecta a Græcis tertiæ flexionis:& obliquos caſum habentia:qui recto ſuperent: Latini oratores frequentiſſime litteris illorum quibuſdã immutatis:fingunt aliarum declinationum nomina:& genus ſeruant:qualia poematum:enthimematum:delfinus:elephãtus:& lampada ex iis ſunt quæ a pleriſque tertia flexione proferũtur:poema:poematis:enthimema entimematis:delphin elephas:lampas. Hanc tu obſeruationem diligẽter commendat memoriæ.

¶ Quum aũt uolumus oñdere aliquid nobis iucundũ:honeſtum:utile eſſe:tum datiuis cum uerbo vtimur ſum es eſt ſubſtantiuorũ:quorum illa adiectiua ſunt. Nam ne ab exẽplis diſcedã:quid aliud ſignificat. Hæc res mihi iucũditati eſt:q̃ hæc mihi res eſt iucũda. Idemq; ipſum. Tuæ mihi litteræ fuere gaudio:quod eſt ad gaudium:vel gaudium mihi attulerunt. Eodemq; pacto. Leges dignati ſunt reip. Preclara vrbis ædificia ciuibus decori ſunt. Vitia dedecori ſunt uiris:id eſt dedecus patiunt hominibus:deque cæteris ſimili ratione.

¶ Verbum officio & pulchrũ eſt:& late patet. Nam afficio te uoluptate:eſt:tibi uoluptatem affero. Afficio te honore:eſt te honoro & tibi facio honorem:afficio te laudibus:eſt:te laudo:afficio te probro:eſt te vitupero:afficio te commodis: eſt tibi commoda facio. afficio cadauera ſepultura:eſt:cadauera ſepelio:afficio inimicos iniuria:eſt:facio inimicis iniuriã.atq; ſimiliter afficior dolore:id eſt doleo:afficior gaudio:idẽ eſt ꝙ gaudeo:afficior uerecundia:uerecũdor. Latiſſimaq; eſt huius verbi vſurpatio. Nec tñ te lateat afficere: ſignificare diſponere. Hic eſt illud

Plinii. Viua uox magis afficit Neq̧ enim ſine optimis cauſis tã lata tam-
que diffuſa ſit huius uerbi ſignificatio. Sed de hoc ſatis.

¶ Non eſt autem ingprãdum: quod ſi duo: aut plura duobus: quod p
raro uſu venit. ſi illa pariter ſe habuerint. utriq̧ tum dictionem preponi-
mus: quod liquead exemplo. Par eſt in. C. Lelio doctrine virtus: q̃taque
ſit eius viri probitas: tanta quoq̧ eſt eius ſciẽtia. Tunc ſplẽdide ac recte
dixerim: C. Lælius vir tum doctus eſt tum prob⁹. Itidemq̧. Magna ĩeſt.
C. Lælio tum virtus tum ẽt doctrina. C. Lælius plurimum tum laude tũ
rerum ſcĩa valet. Aliud item exemplum Themiſtocles tum cõſilio pol-
let in urbanis rebus: tum in bellicis negociis virib⁹ atq̧ animi magnitu
dine floret. Sic tantum oſtendi eſſe in rebus urbanis conſilium: quantũ
in bellicis magnitudinem animi: quod tum geminatum poſitum eſt.

¶ Sed eãdẽ quoq̧ vim habet geminatã & cõiunctiua. Aeneas eſt & ter
ris iactatus & alto: Idem pfecto ſignificat. Aeneas tum pelagi: tum ter
rarum labores ppeſſus eſt: affricanus item ſingularis eſt & vir. & impe-
rator. Idem ſibi uult: affricanus magnus extitit tũ uir: tum etiã ĩperator.

¶ Quod ſi duo quoq̧ que nequaq̃ paria ſint: ſed alterum minus com-
plectitur: alterum uero magis ita faciendum eſt: vt quod leuius exiſtat.
locemus prius: atq̧ ei cum dictionẽ preponamus. Quod aũt grauius:
validiuſque: id poſterius poſitum tum dictio præcedat: quod patefacie
mus exemplis. C. Lælius amat Scipionem propterea: quod eum doctũ
cognouit hominem: & inſuper virum optimum: quod poſtremum ve-
hementius ad morem impellit. Quare eſt ita ratio inſtituenda. C. lælius
amat Scipionem cum ob doctrinam eius: tũ propter virtutẽ. Ita virtus
in hac beniuolentia plus momẽti habet. Atq̧ idem ſi ita dixerim. Cum
omnes fortunati ſũt: qui bene viuũt: tum perbeati: qui omnia deſerũt:
vt virtutem ſolam complectãtur. Hos namq̧ poſteriores multo beatio
res eſſe conſtat ſiquis ſuperius modo allatam præceptionem intellexe-
rit. Hoc. M. Cicero in primis frequẽter uſurpat. Ex quo illud. Cum om-
nibus cõſulendũ eſt: tum his qui armis poſitis: ad imperatorũ fidem cõ
fugiunt. Significat enim cõfugientibus ad imperatores: & ſeſe dedẽti-
bus. multo magis conſulendum eſſe. Atq̧ in Catõe maiore. Mirari ſeſe
aiebat Scæuola Marci catonis cũ cæterarũ rerum perfectam ſapientiã
tũ quod nunq̃ fuerit illi ſenectus grauis. Sed hac de re ſatis.

¶ Iam uero explicãdum eſt: qua ratione quampiam perſonam: aut lau-
dari: aut vituperari oporteat: quod ad decorẽ ſermõis pertĩeat. Nam id
trifariam poſſe fieri cõperimus ex monumẽtis litterarũ: vt ſi uelim oſtẽ
dere. M. Catonem habere magnam virtutem: cum verbo ſum es eſt ita
commodiſſime fiet. M. Cato vir eſt magnus uirtute. M. Cato vir eſt ma-
gnæ virtutis. M. Cato vir eſt magna virtute. Plato philoſophus præſtãs
fuit ingenio: vel præſtãtis: ingenii uel præſtanti ingenio: Mulier eſt clara

moribus:claroꝝ morũ claris morib⁹. Vir egregius laude: egregiæ lau-dis:egregia laude. Sed illud pri⁹ magis poetaꝝ ẽ:poſtremũ uero & ſplẽdidiſſimũ & perpolitũ. Ariſtoteles ſciẽtiæ copia:philoſophus exquiſita doctrina:vir accerrimo ingenio. Quod quidẽ vt diſertiſſimus Priſcian⁹ inquit:ſignificat Ariſtotelẽ hñtem ſciẽtiæ copiã:& qui hẽt exquiſitã do-ctrinã. Cæteraqꝫ conſilii ratione. Quod quidẽ. A. Gellius ĩ noctib⁹ acticis ſentire uidet. Eſt.n. velut defectio quædã:ſed ea trita:uſurparaqꝫ ab eloquẽtiſſimis viris:& clariſſimis oratoribus:qua:& nobis vtendum eſt. Atqui participioꝝ tum accuſatiui caſus ſæpe:tũ ablatiui:locũ tenẽt in-finitiui uerbi. Hinc Saluſtianũ illud. Nã & priuſq̃ icipias cõſulto:ubi cõ-ſulueris:mature facto opus eſt. Et Terẽtiana. Miſſis Gliceriũ alloquens amicã Pãphili. Iamiam:inquit inuentũ tibi curabo atqꝫ adductũ tuũ Pãphilum:Omnia namqꝫ illa conſulto:facto inuẽtum adductũ conſulere facere inuenire adducere deſignã. Verum oratores frequenter his orationibus ablatiuorum caſuũ utuntur:accuſatiuorũ perraro.

❡Et quoniã de noĩe quod eſt opus: attulimus mẽtionẽ:intelligẽdũ ẽ: opus eſt mihi hac re. ſignificare me agere hac re. Sed id variis caſib⁹iungi ſolet. Nã & opus ẽ mihi tua opa nominatiui caſus & tuæ operæ:& tuã operã:& tua opera dicim⁹. Sed hoc poſtremũ ornatius eſt:& totũ oratorũ. Cæteris orationib⁹ poetæ poti⁹: hiſtoriciqꝫ utunt. Nos autẽ quædã præcipim⁹:ut & cognoſcamus a veterib⁹ uſurpata:eiſdẽqꝫ utamur. quædã uero vt cognoſcamus ſolũ. Nã op⁹ ẽ mihi hãc rẽ nunq̃ orator dicat.

❡Quid illud nõne pulcherrimum eſt? vt quũ duo nomĩa alterũ adie-ctiuum:ſubantiuũ alterũ:eodẽ caſus exitu proferri debeant: ſæpe cre-berrimeqꝫ quodãmodo tertiã adiectiui nominis vocem:quæ eſt neutra in uim ſubſtantiuam transferamus:& ſubſtantiuum id prius genitiuo caſu locemus. Quod vt frequens eſt eruditis:ac diſertis viris:ita quoque erit exemplo manifeſtum. Nam quum multã virtutem dicturus ſum: ſi multũ uirtutis loco eius oratiõis poſuero. multo protulerim uenuſtius. Multum enim pecuniæ ſignificat multam pecuniã. plurimum virium: plurimas uires:Quid animi:quis aĩus. Quid rei:q̃ res:Quid cauſæ: q̃ cauſa. Aliaque item per multa. Sed id iam animaduertendum eſt. Nam ſi genitiuus ille caſus fuerit ſingularis:totam item orationem ſingulari-ter exponere debemus. Sin pluralis:pluraliter. Nam exẽpli cauſa Mul-tum pecuniæ multam pecuniam ſingulari numero ſignificat. Ac cõtra: multũ pecuniarum multas pecunias. Similiſque eſt & aliorum ratio: vt multum roboris:ſingularem:plurimum uirium autem pluralem habet ſignificationem. Et aduerbia quoque nonnulla vim eadem retinẽt:præſertim uero duo hæc:parum:& ſatis: Nam parũ ſapientiæ:eſt parua ſapientia:ſatis virium:ſufficientes vires. Et nihil quoque ſiue nomẽ: ſeu aduerbium ſit:in eandem ſæpe obſeruantiam cadit: hæc igitur hactenus.

¶ Quoniam autem ſingula hæc fere inueſtigamus: id quoq; dignū cognitione eſt: vt quum duo inuenerimus ſubſtātiua nomina: quoq; utriq; idem epitheton adiiciendum ſit: vt adiectiuum ipſum pricipio collocemus: tum conſequentibus ſubſtantiuis: vel tum geminatū: vel duplicatum & præponamus. Exempli uero cauſa: afferātur Ciceronis uerba. Africanus ſingularis & vir & īperator: quod eſt Affricanꝰ ſingularis vir: & ſingularis imperator. Propter magnā & doctoris auctoritatē: & urbis: qđ eſt propter magnā auctoritatē doctoris: & propter magnā auctoritatē urbis. Præclarus & miles: & ciuis. Illuſtris tum uir tū philoſophus. Optimus tum patriæ defenſor: tum gubernator. Iuſtus & Rex: & iudex. Conſimiliaque eodem modo ſe habēt. Sed & ſæpenumero cōtra eodē ordine: vni ſubſtantiuo præpoſito: duo adiectiua; aut plura deſeruiunt. Exempla ſunt quæ nunc conſtituam. Vir tum bonus: tum etiam temperans. Imperator & calidus & fortis. Iudex & integer: & ſolers. Ornamēta ciuitatis: tum multa tum præclara. Alia tuipſe coniecta.

¶ Nonunquam & duo ſubſtantiua ita ſe habent: vt alterum vim ſuam ubique conſeruet: ac tuatur: alterum quaſi quædam obtineat adiectiui nominis locum: & eius fūgatur officio. Quale eſt Virginianū illud primo Aeneidos. Molemque & montes īſuper altos: impoſuit ac ſi dicat: moleſtos montes impoſuit. Cauendum eſt: ne ab honeſtate naturaque diſcedamus. Perinde ac ſi dixerit. Cauēdum eſt: ne a naturali honeſtate diſcedamus. Sed tibi nota hæc ſunt Sed ne q̄ſi hyſtoriā texens dicēdoq; ſeriem nectā. Ita quæq; patefecero: vt ſeſe mihi forte quadā obtulerint.

¶ Cæterum non ignoras (ut ipſe arbitror) extrema ſupina plerumq; ornate: ac peruenuſte ſignificare gerundia accuſatiui caſus addictone prę poſita: vt res difficilis creditu. i. ad credēdum ſuauis guſtu: ad guſtādū: permultaque conſimili ac pari modo ſe habent. Nec id te amice lateat: cum fuerit ſuperlatiuum quodpiam durius aſperiuſq;: & ſuperlatiue ſignificandum ſit: ut pro ſuperlatiuo poſitiuum afferamus; & ei ſuperlatiuum aptumque apponamus aduerbium. Nam maxime memorabile facinus: eſt memorabiliſſimum facinus. Maxime rarum genus hominum: eſt rariſſimum genus hominum. Sed & admodum & in primis poſitiuis adiuncta: vi ferme eandem retinent.

¶ Id autem nequaq̄ ſilentio præterierim: vt ſi quem: quod virtutē habeat: velim mediocriter laudare: dicam exempli gratia. Pericles virtute præſtans: priceps erat athenis: vel quod multa ꝑclara geſſerit: Themiſtocles rebus geſtis floruit. Sin velim vehementer ac plurimum laudare audaciam gl'iam: ſiue laudem & cauſam laudationis genitiuo caſu conſtituam. Pericles (vt eiſdem exemplis vtar) virtutis gloria ꝑſtans: athenis claruit Themiſtocles geſtarū rerū laude emicuit. Sicque. M. Antonius præſtabat eloquentia mediocriter laudatur: ac fere exiliter Lucius

craſſus eloquentiæ gloria excelluit:vehementiſſime laudatur:Sed tu cæ tera pro tui bonitate deducito.

¶Quotienſcūq; noīa quod ipſe quoq; teſtatur grammaticus Seruius: pluralis & ſingularis numeri cōnectuntur:reſpondemus viciniori: Vir. i. Aeneidos.Hic illius arma:Hic currus fuit:non autem fuerunt.Terēt. in Andria.Amentium iræ reintegratio amoris eſt.Liber de rep. Xeno phontis delitiæ meæ ſunt:hoſtes eorumque exercitus properabat: atq; ita frequentius obſeruatur.Quod idem fit in diuerſis generibus.Nā ſi ue maſculinum:ſiue fœmininū eſt:uiciniori reſpōdeamus:vt vir:ac mu lier optima venit:intelligitur namque optimum eſſe virum:&optimam mulierem:quæ venit.Verum ſi plurali numero uelimus vti:ad maſculi num tranſire neceſſe ē:vt vir:& mulier læti ꝑperant.Alexāder & Olim pias clariſſimi extiterunt.

¶Operepręcium eſt:quod peruenuſtū eſt: ſignificat modo vtile eſſe: modo neceſſarium:modo iucundum:modo laudabile.Atq; his ſignifi cationibus id nominis veteres vſurpabant.

¶Frui quapiam re:eſt fructu; ſiue utilitatem:ſiue uoluptatem percipe re ex ea:ut cum quis dixerit:otio fruor.

¶Præſeferre aliqd eſt uerbis uel indiciis quibuſdā id oſtēdere:& quodā modo cōfiteri:vt.M.Cicero præſefert grauitatē: hilaritatē p̄fert Lęli⁹.

¶Rationem habere eſt reſpectum:habere:ſed vt planius exponā:ha bere rationem alicuius rei:eſt rem conſiderare:vt habeo rationem tēpo ris:loci perſonarum:eſt ea omnia ratione complecti:& conſiderare.

¶Hanc rem mēte:animoue complector:eſt hanc rem cōſidero:ac vo luto in animo.& ſignificat in animo habeo.Eſt animus mihi.i.uolo face re.Certum eſt mihi.deliberaui:& decreui.

¶Proſequor te honore:eſt te honoro.Proſequor te laude:idē ē: quod te laudo.Proſequor te probro.i.te vitupero:Proſequor te amore:amo te proſequor odio.i.idio te habeo.

¶Benemeritus ſum de republica:eſt beneficium in illam cōtuli. Bene merentes de amicis.i.conferentes in amicos beneficia.

¶Atq; pro ita:ac uel atq; pro vt:uel ꝗ ornatiſſime ponuntur:exemplū eſt:æque te laudo:atq; Ciceronem.i.te ſicut Ciceronem.

¶Haud pro non:ſecus pro aliter in eadem ratione:venuſte & concine ſe habent:vt haud ſecus ſentio:atq; tu.i.ita ſentio ſicut tu.

¶Nonnunquam etiam perpulchre comparatiua ꝑ poſitiuis ponūtur: ut Alexāder Macedo corpus habebat imbecillius: quod imbecillum ſi gnificat.Satyri in ſcelera uehemētius inuehuntur.quod eſt vehemenē. Do tibi hāc rē vitio:ē uitupo te de hac re.Do crimini:do laudi.i.laudo.

¶Sed nec illud quidem negligendum eſt.Nam ſubiūctiuus modus ꝑ indicatiuo: & illius tempora:quo huius tēporibus interdum haud ille

pide ponunť: vt uelim pro volo: gererē ꝓ gerebã: dilexerim pro dilexi: feciſſem pro fecerã: gratũ fuerit ꝓ gratũ erit: feceris pro facies. Demũ id omniũ multo ornatiſſimũ eſt: ſi oportunis locis agatur: quod ubi fa ctitandum ſit: peritoꝝ aures facile cenſebunt. Quãobrẽ exercitatio ad hibẽda eſt nõ mediocris: q̃ omniũ magiſtroꝝ exuperat ꝑcepta. Quod ſiquis nouerit græcas lr̃as ei: qd̓ mõ explicatũ eſt nõ difficile perſuadeť.

Partim hominũ venerũt: ꝑſæpe diciť. A. Gellio teſte: & eſt idẽ quod pars hominum. i. quidã homines. Nam partim hoc ĩ loco aduerbiũ eſt neq; inclinať in caſu. Sicut & cũ partim hoĩum dici põt. i. cũ quibuſdam hominib⁹: & quaſi quadã parte hominũ. Sed hoc totũ eſt ſplẽdidius: cũ in oratione iteꝝ fuerit additũ: vt eſt illud. M. Tulii ĩ epiſtolis. Nam qui iſtinc veniũt partim te ſuperbũ eſſe dicũt: quod nihil reſpõdeas partim cõtumelioſum: quod male reſpõdeas. Et qui ciuitatibus præſunt: ptim nobiles ſunt: partĩ populares: qd̓ eſt: aliq nobiles ſunt: aliq populares.

Ideſt etiã optimũ cognitu: quod dicimus quiſq; ẽ vnus ex numero de nario. ſicut milleſimus quiſq; eſt vnus ex numero millenario. Hinc eſt il lud Cæſaris in commentariis. Cognoſcit non decimum quiſq; eſſe reli quum militem ſine uulnere. Quo exemplo vt perpulchrum eſt.

Quotus quiſq; homo: idem eſt quod quot homines. Quotus quiſq; miles. i. quot milites.

Perq̃ dumtaxat vna dictio: pulcherrime poſitius iũgitur nominibus ut per q̃ doctus philoſophus: perq̃ comis amicus.

Quid illud nunqd nõ lepidiſſime uſurpamus: ut in oŕone eadẽ iteꝝ alias uſurpatũ locũ obtineat: modo aduerbii: q̃le eſſet: ſiqs dicat. Oẽs hoĩes eodẽ ferme ſunt nati ingenio: alias quidẽ ridẽt: alias: uero lachry mant. Omnes itẽ ciues alias boni: alias mali: nunq̃ eiuſdẽ ſunt morib⁹.

M. Antonius iuit in caſtra multiphariam dicitur. M. Antonius caſtra petiuit: in caſtra profectus eſt: ſe ad caſtra cõtulit: ſe in caſtra recepit: ſe ad caſtra perduxit.

Hic habet uiginti annos: quod ueterum cõſuetudine diciť contra pe dagogicam opinionem; aliis quoq; rationibus dicitur. Hic uigeſimum annum agit: dedit uigeſimum annum: eſt uiginti annos natus Sed hoc poſtremum magis oratori congruit.

Cicero laborat in eloquentia. Cicero operam in eloquentia confert Cicero in eloquentia operam ponit dat eloquentiæ operam. ætatem in eloquentia conſumit. tempus in eloquentia conterit: in ſtudium ĩcum bit eloquentiæ: & alia deduc pro tuo iudicio.

Habeo hãc rẽ in memoria: nõ nimis uſitate dr̃: ſed habeo: ſiue teneo hanc rem memoria. Teneo hãc rẽ memoria huius rei memoriã habeo

Obliuiſcor uoluptatis: cuiuſcunq; rei. Voluptatis me cœpit obliuio. Amicorum me cœpit obliuio. Et ſic idem uerbum cũ cæteris nomini

bus iunctum: diuerſa ſignificat conſimili ordine: ut capit me ſacietas ciuitatis: capit me hominum odium.

¶ Virgilius rus incolit: ciuitatem habitat: perpulchre dicitur cū teneo ſiue etiam contineo uerbo: ut Virgilius ruri ſe cōtinet: tenet ſe in urbe.

¶ Siquis uellet oſtendere aliquam rem: aliam antecellere: & ultra illam ualere: uenuſte dicit̄ uel p accuſatiuū præpoſita præter: uel cū præ ablatiuo prepoſita: ut Cæſar ultra alios pollebat reb⁹ belicis pulcherrime dicitur Cæſar p̄ter cæteros reb⁹ bellicis pollebat: uel p̄ cæteris pollebat.

Habere faciles mores ¶ Lælius habet faciles mores: uel facilem naturam ornate dicitur. Lælius eſt leni ingenio natus: facili natus ingenio: uel facilimis morib⁹. Scipio natus eſt triſti ingenio: & de reliquis conſimiliter.

¶ Valeo & poleo: uerba ſplendida ſunt: & latiſſime parent: & ablatiuo caſu cōiungūtur hoc pacto. Aurelius Auguſtinus plurimum īgenio ualuit. Milo corporis uiribus plurimum ualuit. Hypocrates ingenii bonitate Mitridates memoria. M. Cato in ciuitate plurimum auctoritate pollebat. Clareo & floreo uerba: eadem ferme ratione ſe habent.

¶ Ego apud diuū Cæſarē multū ſiue poſſum ſiue ualeo: ornate & ſplendide dicitur. Apud diuū Cæſarē plurimū mea ualet auctoritas. Hortenſius multū pōt in ſenatu: ornatius dr̄: Multū Hortēſii ī ſenatu auctoritas ualet: quæ potiſſimū ſignificat eā opinionē: q̄ eſt apud hoīes de alicuius viri præſtantia: quæ uulgo: ac trita cōſuetudine reputatio nuncupatur.

¶ Cæterū: id perbellum eſt. Eſt mihi apud te fides: tu mihi adhibes fidem: quod eſt accuratius aduertēdum. Nam plerunq; ſolet uerbū. Sū es eſt datiuo iunctū: ſignificare habere: & quodammodo poſſidere: ut eſt mihi pecunia: eſt Cæſari magna poteſtas. Illud deſignat me habere pecuniam. Cæſarem poteſtatem habere. Cuius conſtructionis crebra apud priſcos diſertos uiros obſeruatio eſt.

Recordari ¶ Ego recordor hāc rē: poti⁹ q̄ huius rei dicit̄. Idē dicit̄: huius rei ſubiit me recordatio. Hæc res mihi in mente uenit: ſed magis ꝓprie: in mentē venit: eſt mihi occurrit: uel ſuccurrit: quod poſtremū minus uſitate dr̄.

¶ Præſto & antecello: quæ uenuſte per ſonant uerba: alias datiuo: alias accuſatiuo pulcherrime iunguntur cum acceſſione ablatiuorū eius rei: cuius eſt præſtantia: ut antecello tibi ingenii accumine.

¶ Sæpenumero quoq; frequentatiua uerba quæ appellatur primorum uerborum, a quibus originem traxerūt: ſignificationē retinēt: p̄ſertim ſi prima illa aſperiora fuerint: ut cōiecto pro coniicio: manſito ꝓ maneo: imperito pro īpero: amplexor pro amplector & alia item pene īnumerabilia: ſi quando uerbi aſperitas illa contingat: quod eruditorum iudicio dereliquimus. De uerbis adiecta præpoſitio: p̄ſæpe cōtrariā mutant ſignificationē: ut precor & depcor cōtraria ſunt: hortor itē & dehortor.

¶ Nonnunq̄ diis idem efficit præpoſita: ut ſuadeo: diſſuadeo: q̄uis ī iuſ-

dem uerbis nonnunq̃ auget per potius:q̃ uim commutet.
¶Ex:& de:compoſitæ uehementer amplificant ut exoro:quod ab ex &
oro deductum eſt:& ſignificat impetro: Terēt.in Andria Gnatā gnato
vt det:oro:uixꝙ id exoro.ſic & ſuadeo:& etiā perſuadeo:& ſuadeo ſigni
ficat oratoris officiū:quod eſt bene dico:atꝙ perſuadeo bñ dixiſſe deſi-
gnat:quod eſt oratoris finis.i.īpetro:atꝙ obtīeo. Vnde & crebro nō ſo
lum ſuadeo:ſed etiam perſuadeo:ſed & facio & perficio explorata ſunt.
¶Plurimū etiā orationē ac ſermonē exornat aduerſario modo q̃q̃ ad-
uerſatiua īdicatiuo cōiūgaꝛ:qđ ubiꝙ.M. C.ſeruauit : aliiꝙ doctiſſimi.
Sed huius exēplū ſit.Quanq̃ te ante hac diligebam:nūc tamē ob ſingu
larem uirtutē uehementer admiror.Nam tria ſunt:quæ quodā ſibinui-
cem ordine coniunguntur quorū prius ac leuius eſt diligere : poſtremū
admiror:quod uehemēs:atꝙ precipuum eſt:& eorum mediū obſeruo.
quod eſt ueneror:& colo:ex quo obſeruantia etiā reuerentiā ſignificat.
Sed item alliud exemplū.Quanq̃ mihi ſunt amicoꝝ oīum iucūdæ lr̃æ:
tuæ tamen iucundiſſime fuere. Sed āte hac & quanuis raro collocamꝰ
ut quāquā mihi ante hac charus eras:ſed nūc es profecto chariſſimus.
¶Ad hæc illa duo orationē peruenuſtā ſibi reddūt inuicem reſpondē
tia:quoꝝ alteꝝ eſt non ſolū ſine modo:ſeu nō tantū:alteꝝ eſt ſed ēt uel
uerum ēt:uel loco etiā præpoſita quoꝙ:& aliquibus inteiectis:quorum
oīum exempla ſubiiciā.Hæc mihi res nō ſolū grata:ſed etiā iucunda eſt
M. Antonius nō modo erat Ciceronis inimicus:ueꝝ etiā hoſtis patriæ
M. Cato nō tantū ingenio ualebat:ſed uirtute quoꝙ florebat plurimū.
Alexander nō ſolum reliquū orbem ſubegit:uerum etiam quoꝙ ipſum
Romanū imperiū cogitabat attingere. Et ſic tam & q̃:cum ſibi reſpon-
deant:ut tā chara mihi patria eſt q̃ iucunda vita:ſed facile tu intelliges.
¶Pro eo autem quod cæteri exprimere conſueuerunt pronominibus
addentes vel te uel met ſyllabicas adiectiones.Cicero potius idem effi-
cit hoc pronomine ipſe ipſa ipſum : & illarum fere adiectionum locum
obtīet:vt ego ipſe ;magis q̃ egomet:tuipſe:noſipſi:uoſipſi:illipſi:vt nū
quam ſecus dicendum ſit.
¶Tu mihi familiaris es ego:te vtor familiariter.tu mihi amicꝰ es:ego
te amico utor. Tu mihi magiſter es ego te magiſtro vtor. Ego tecū fre-
quenter uerſor:frequens mihi tecū eſt conſuetudo : quæ ſæpe conuer-
ſationem ſignificat.Habeo tecum magnam amicitiam:magna tecū mi
hi eſt amicitia : Et itē alia permulta ; vt ſunt mihi cum oibus malis viris
inimicitiæ.Nā rectius inimicitias dixerimus plurali numero q̃ ſingulari.
¶Sed neutra uox potiſſimū in cōparatiuis noibus tum fœmininā red-
dit:tum maſculinā;ut nihil eſt hoc homine melius:fere eſt idē quod nul
lus eſt hoc homīe melior.Nihil eſt hac. Virgine formoſiꝰ:q̃ſi idē nulla
virggo eſt hac virgine formoſior:& in cæteris aliquādo conſimiliter.

Munus pro officio ornatiſſime dicitur: vt hoc eſt amici munus: idem & amici officium Fungor boni viri munere: ferme idem & facio boni viri officium. Sed & partes plurali numero conſimilem habẽt ſignificationem: vt meæ partes ſunt: vel officium meum eſt vel ad me pertinet.

Atqui & memini rectius: atq; vſitatius accuſatiuo iũgitur q̃ genetiuo vt memini platonis ſentẽtiam. Virg. in bucolicis. Numeros memini: ſi verba tenerẽ. Nec mirum: ſi in his quæ ſunt potius ſolutæ orationis Virgilii Maronis teſtimoniũ afferam: quem nõ ſolum poetam egregie eruditum: ſed & Rhetoricæ artis vbique obſeruantium fuiſſe conſtat.

Pœnitere poenitet me. quid ſignificet notiſſimum eſt: ſed & pro parum videtur vſurpant. Oratores: & præſtantes doctrina viri.

Sed idem perſæpe verbum variis cõſtructionibus poſitũ: haud eandem retinet conſtructionis vim: vt vaco huic rei. i. attẽdo huic rei: vaco hac re. i. hac re ſum vacuus: & id quidem ornatiſſimum eſt: vt boni viri dant operam: vt perturbationibus vacent. i. liberi: & vacui ſint.

Caueo verbum & ſi ſæpe pro video ſignificat: vt cautum ita eſt lege: perornate tamen accuſatiuo iunctũ pro vitio & fugio vſurpant eloquẽtes viri: vt turpes ingenui viri cauent mores.

Animaduertere Animaduerto idẽ eſt fere q̃d video: & quodammodo ĩtelligo: & animaduerto cũ accuſatiuo cõſtructũ ĩ præpoſita: idẽ ſibi vult q̃d punio. vt Speuſippus animaduertit ĩ ſeruũ platonis ideſt puniuit platonis ſeruũ: ex quo animaduerſio punitionem ſignificat quandam nonnunquam.

Referre Atq; item refero tibi hanc rem. i. tibi narro hãc rem. Sed refero ad ſenatum: refero ad populm hanc rem: eſt pono hanc rem in conſultatione vel populi: vel ſenatus: qui vſus verbi eius apud hyſtoriarum ſcriptores frequentiſſimus eſt.

Quid varii quoq; caſus eidem verbo ſæpe iuncti: non ne magnam ac longe diuerſam vim habent? Quale ſit. Do Bibaculo ad Cæſarem litteras. Nã dantur Bibaculo deferenti: vt Cæſari reddat: ad q̃ẽ mittunt litteræ. Eas igit̃ leget Cæſar. Bibaculus velut tabellari⁹ cõſueuit appellari. Verũ ne q̃d hui⁹ ignores: dare lr̃as ſignificat ſcribere: ſiue mittere illas.

Nec te fugiat: quod ꝑ epiſtola dicimus litteras plurali numero. Nec obſtat poetarum cõſuetudo. Et pro vna epiſtola dicimus vnas litteras. Nam id nomen cum his: quæ pluraliter ſolum declinantur: pluralem quoque retinẽt numerũ. vt vnæ nuptiæ: vnæ bigæ: vna mœnia. Sed vt ad propoſitum redeam: pro duabns epiſtolis dicimus binas litteras: nõ autem duas: pro trib⁹ epiſtolis ternas litteras: pro quattuor quaternas: & quæ deinceps reliqua ſunt conſimili ratione.

Infinitiua oratio pro coniunctiuo perq̃ pulchra eſt: vt volo te ad me ſcribere. Cupio te athenas proficiſci. Et illud Terentianum. Quid ergo te in hac re facere velim. ſignificat. n. quid velim: quod tu ĩ hac re faci-

as. Vel ſi ciues oẽs vnanimes eẽ.i.ꝙ vnanimes ſint:& cõcordes. Sed hoc tibi cõcinnius:ubi nullũ ſit ambigui ſermõis diſcrimẽ. Neq;.n.omnio re ctũ ſit:ſiqs dicat. Volo te me amaꝛ. Quãuis plerũq; id ſuppõnis locũ ha beat, qđ infinitiuũ uerbis imediatius ꝑceſſerit:vt puto Pyrrũ Romãos vincere poſſe.i. credo ꝙ Romãi poſſint Pirꝛ vicere. Sed id ꝑ virib⁹ ca ueat orator:qđ mõ præceptũ erat de cõiũctiua atq; ĩfinitiua ofone præ cipue in abſolutis uerbis:vel ubi alteri caſui fuerit adiectiua præpoſitiõ ſeruandum ſit.

¶Ex:vel e præpõnes pro a uel ab:& ſæpe:& ornate ponũtur:vt audiui ex maioribus nřis ꝑ a maiorib⁹. Accepi e tuo patre:vel ẽt de tuo patre: quæro ex te.i.a te:qđ ẽ te cõſulo:& te ĩterrogo:qđ adu rte:& vſui trad.

¶Pro:ornate ponit̃ loco in:& ſecundum:vt pro roſtris.i.ĩ roſtris. Pro tribunali.i.in tribunali:& alia. Pro viribus tuis.i.ſecũ dũ tuas vires. Pro tui ingenii bonitate.i.pro virili tua:alias pro virib⁹ animi tui.& ſimilia.

¶Sub cõpoſita:aut clã:aut dimĩutiuæ ſignificat:vt ſubmouit me ꝑ mo uit me clã:atq; occulte aut paꝝ vt ſubiraſcor tibi qđ ẽ paulum iraſcor

¶Morem gerere per ornatum verbũ complaceꝛ ſignificat:atque obſe qui:inde moriger morigera morigerum:quod a moroſo:quod difficile ſignificat:a morato quod inſtitutũ plurimum differt.

¶Cõſequor ꝑ exprimo pulcherrimũ eſt. Nõ poſſum igitur his uerbis cõſequi:id eſt:verbis exprimere. Litteris cõſequi.i.per litteras explicaꝛ.

¶Metuo ac timeo uerba aliquando multis caſib⁹ cõiunguntur:vt me tuit Cicero a.P.Clodio ſibi extremũ periculũ. Timeo abs te mihi mor tem. Nonnunquam abſolute ponuntur datiuo ſoli iũcta:vt metuo Pã philo. Pãmphili vitæ timeo. Sed hic eſt potius poeticus uſus.

¶Euado pro fio & efficior:ornatũ vſitatumq; eſt:vt Cicero euaſit elo quentiſſimus. Ariſtoteles euaſit ſummus philoſophus. Cæſar. vero icly tus imperator:& de aliis quoq; conſimiliter.

¶Fore futurã ſemper habet ſignificationem:& eſt idem quod futurũ eſſe. M.Cicero de oratore libro ſecundo loquẽs de Hortenſio. quẽ qui dem ego confido oĩbus iſtis laudibus:quas tua oratiõe cõpleXus es:ex cellẽtiorem fore. Et Craſſus fore dicis iniquit. Ego uero eſſe iam iudico.

¶Quid inter dimidium ac dimidiatum interſit:noſſe perutile eſt. Cũ enim dimidiatum ſit quaſi ĩ duas partes diuiſum:niſi aliquid diuiſum ſit dimidiatum dici non põt. Dimidiũ uero appellaꝛ:nõ quod ĩpſũ diuiſũ ſit dimidiatũ:ſed quæ ex dimidiato pars altera eſt. Nõ igitur recte quis dixerit ꝑ ſententia. M. Varronis:vt. A.G. in noctibu atticis: dimidiũ librũ legi:dimidiam fabulam audiui:ſed dimidiatũ librũ:& dimidiatã fabulam recte quis dixerit:& dimidiatum digitũ q̃ idẽ exẽpli grã appella mus:ſed alterutrã ptẽ dimidiũ. qđ eſt accurate diligẽterq; inſpiciendũ.

¶Plurimum autem cõducit nobis intelligere:quæ ſint nominum diſ

ferentiæ:ac uerbo℞ diſcrimina:Nam ea quoq₃ res mirū in modū orationē exornabit:vt ſiqs nouerit qd differat præſum & īterſum:Iter ſeſe uerba.Pulcherrima qs dicat.M.Cato publicis negociis nō īterfuit ſolū:ſed præfuit:quo℞ illud ſignificat comitē eē alicuius rei : hoc uero Ducem.

¶Ego uero non ſolum confiteor:quod eſt per uim : ſed etiam ꝓfiteor quod quidem eſt ſponte.

¶Et apud.M.Tullium ꝑſæpe legitur.Tibi gratulor:mihi gaudeo.Nā gaudemus nobis:gratulamur aliis.Et tibi ego gratiam : quod quidē eſt uerbis:Refero gratiam:quod eſt re:ac factis.Habeo gratiā quod eſt in animo.Debeo gratiam:vbi aliqua obligationis uis:ꝯcernitur.

¶Item optimum eſt non ignorare nominum differentias:vt verberior & ornatior noſtra reddatur oratio.

¶Hæc res mihi cōducit:eſt idē qđ mihi hæc res ē vtilis.¶Et qđ ceteri pleruq₃ dicūt.Dono tibi hāc rē:pulchriꝰ dr̄:ac ſplēdidius : dono te hac re:vt miles nauali corōa donatꝰ ē.Sabinos Romāi ciuitate donarūt:qđ eſt:ciues fecerūt:qđ idē dicūt Sabinos Romāi in ciuitatem acceperūt.

¶Interdū uero & ꝓpoſitio:q̄ nomini:ac caſui ꝓponit̄:pulchriꝰ uenuſtiuſq₃ uerbū ꝓceſſerit i qbuſdā uerbis.Quale ē ſiqs dicat eo ad te:ac potiꝰ dicat.adeo te:& loquor ad te:potiꝰ te alloquor.Cedit ē vita:decedit uita.cedit ex hūanis rebꝰ.rebꝰ excedit hūanis:& i aliis qbuſdā cōſili pacto

¶Minus aduerbium q̄q̄ ſæpe ſignificat non : nōnunq̄ tamē cum poſitiuo coniunctum:contrariæ ſignificationis comparatiuum demōſtrat: vt Terentianum illud.Phedria nemo fuit minus ineptus : pro prudētior.Et ſic nemo te fuit minus formoſus.i.formoſior:& ita de reliquis.

¶Quotiēs multos aut dies dicimus:aut annos per accuſatiuū caſum: intelligemus iungere tēporis curriculū:& fere cōtinuum.Sed per datiuum ſignificatur annorum:ſiue aliquot dierū interiectio : intermiſſioq₃.

¶Quare(vt ait Marcellus)optātes rectius accuſatiuo vti debēt:ſiqd ad ſecundam fortunam attineat.Intereſt igitur ſiquis dixerit ita.Decem annos re militari uerſatus ſum:decem annis dedi rebꝰ bellicis operam.

¶Cordi homo:inflexibiliter cordi hominis:cordi homini(ut Priſciaꝰ inquit)ſignificat:iucundiſs iucūdi iucūdo:ſicut & frugi.Sed ſatius mea ſententia Marcellus opinatus eſt.Dicit enim cordi eſt:animo ſedet.Nā hæc res mihi cordi eſt.id eſt placet.Terentius ī Andria.Tibi hæ nuptiæ ſunt cordi.M.Cicero de perfecto oratore Flumen aliis volubilitaſque verborum cordi eſt.Et Lucillus probe declarat:cum inquit.Et quod tibi magnopere cordi eſt:mihi uehementer diſplicet.

¶Tantiſper:quod quaſi eſt tandiu:ornate poſt ſe poſcit dū:quod ferēme eſt donec:vt illud Terentii Heautontimorumenon.Tātiſper te dici meum uolo:dum quod te dignum eſt:facies.Ego tātiſper magna uolu ptate afficior:dum apud te viuo.

¶Tu mihi charus es:ego te amo. Tu mihi iucũdus es:ego te delector. Sed oblecto & delecto non ſimiliter conſtruuntur. Nam dicimus:delectat me hæc res. ſed oblecto me hac re:vt delectat Socratẽ vitæ ĩtegritas. Pytagoras ſeſe virtute oblectat. Ego me oblecto ruri.

¶Fero hanc rem patienter ſeu patienti animo:ſplendidius dicit. Ego rẽ facile patior : modeſte fero:& moderate:& æquo animo. Et ecõtrario ſignificantia aduerbia:grauiter:acerbe : ægre moleſte & iniquo animo. Hæc mihi iucũda res eſt:& hæc res placet:& q̃ moleſta eſt:diſplicet.

¶Affero communiſſimum uerbum eſt:& quo multis locis vti poſſumꝰ vt ſecunda fortuna affert mihi uoluptatẽ.i.me delectat. Aduerſa fortuna affert mihi dolorem.i.dolet mihi. Dicimus hæc res mihi dolet:& doleo hanc rem. Sed redeo vnde digreſſus ſum. Lr̃æ tuæ affuerũt mihi admirationem.i.efficiunt:vt admirer. Afferes teſtimoniũ.i.teſtificaris. Et item diſperſa:ac varia eſt huius uerbi ſignificatio:ſeu etiam obſeruatio.

¶Perinde ornatiſſime poſtulat poſt ſe ac:vel atqꝫ:& totum ſimul perĩde ac:uel atqꝫ habẽt eã dẽ uim & tanq̃:ut Camillus perĩde atqꝫ oĩum ſapiẽtiſſimꝰ. Et cherea pĩde ac foret eunuchꝰ. Et de hac re ſatis dicta ſint.

¶Coeo non ſolum obſolutum:ſed nonnunq̃ peruenuſte caſum habet accuſatiuum abſqꝫ præpoſitione:vt coeo ſocietatẽ tecum. Et hinc illud Gelii ĩ noctibus acticis de Pythagora:Deque eius cohorte:quod quiſqꝫ pecuniæ familiæqꝫ habebat in medium dabat:& cohibatur ſocietas ĩſeparabilis. Sed & Cicero eo pacto alibi eſt eo uerbo uſus.

¶Mille hominum:numero ſingulari:ſignificat mille homines:vt mille hominũ interiit:hoc eſt:mille homines interiunt. Mille militum uulneratum eſt:id eſt:mille ſunt uulnerati milites. Idqꝫ ornatum:vſitatum eſt.

¶Primus ſignificat ordinem:conſequitur ſecundns tertius:& deiceps alia eius ordinis nomina:tamen multotiens ſignificat principalẽ:ut hic eſt noſtræ ciuitatis unus omnium primus. Sæpe ſignificat optimũ : ſed id poſtremum in raro eſt oratorum uſu.

¶Interdico tibi hac re: nõ hãc rẽ:vt interdico tibi aq̃ & igni. Et Plyniꝰ ſecũdus in epiſtolis. Carẽt togæ iure quibꝰ aqua:& igni ĩterdictum eſt.

¶Nũc uero ad reliq̃. Neqꝫ.n.niſi iuitꝰ ommiſſeri:qd̃ q̃ nõia ad numerꝝ ſpectãt:ĩ eorꝝ pluralibꝰ genitiuis ſyncopẽ efficiemꝰ. Idqꝫ uſitatũ ẽ:cũ ad exornãdã ꝑtinet orõnẽ:vt millle numũ:potius q̃ mille numorꝝ:mille denariũ:mille aureũ:tot millia argẽteũ:& ita de reliqs:qd̃ ĩ genitiuis oĩum nõĩum ſecũdæ declinationis frequẽter efficiunt. Sed ꝓſam ſcribẽtes & ſolutã orõnẽ in nominibus ſolũ numeros & menſuras ſignificantibus.

¶Atqꝫ in numerorum nominibus eam plerumqꝫ ſeruamus conſuetudinem:ut & citra centenarium numerum:ſi quando poſt uigeſimum duo numeri cõmemorandi:ponẽdiqꝫ ſunt:vt eorum minor ꝑcedat. maior ſequat:ut hic eſt unũ & uiginti annos natus:duos & uiginti annos uiximꝰ

tres & quadraginta dies nauigaui quatuor & quadragita annorum cō-
ſumpſi ætatem. Sed vltra cētenarium & citra vigenarium tritum ac uul-
garem ſeruamus ſermonem.

¶ Quod autem ſicut duo de viginti nonnunquam dicimus & duo de triginta: ita & duo de vigeſimo die: & duo de trigeſimo manifeſtum eſt: ſed id quidem frequenti eſt oratorum uſu.

¶ Quid indies: non ne pulcherrimum eſt? ac ſignificat ꝑ ſingulos dies: & quottidie: ſed cum quodam incremēto: vt tua indies accreſcit virtus. Indies homines ſapiunt. Stultorum hominum indies augeſcit inſania.

¶ In uerbis tā actionē q̄ paſſionē ſignificātibus cōſiderare debemus uarias uocū iflectiones atq; exitus: & modo his modo illis vti ꝓ auriū iudicio: vt fuere ꝓ fuerūt: amarūt ꝓ amauerūt: videre pro videris: ita norim pro nouerim: triūpharat pro triūphauerat: & de aliis quoq; eodē modo Sed ne qd cōtra Grāmaticæ artis præceptiōes: ac iura fiat: ꝓuidēdū eſt.

¶ Quin particula quomodo uel increpet vel exortetur: quomodo itē confirmet: & quomodo interroget: ſatis exploratum eſt. Sed nos ea pulcherrime vtimur: quū dicimus. Non poſſum quin geſtiam: non poſſum quin doleam: non poſſum quin admirer. Significat. n. fere non poſſum me cōtinere: vt non geſtiam: non poſſum me continere: vt non doleam non poſſum me continere: vt nō admirer. Et ita de cæteris conſimiliter.

¶ Quid illud non ne præclarum eſt uſu: locus eſt huic rei: multum loci eſt gaudio. plurimū loci eſt tranquilitati. Et Terentianus Dauus. Nihil loci ē ſegnitiæ. Significāt. n. hæc omnia: vel oportere nos lætari vel tranquillos eſſe: vel voluptate affici: vel negligētes ac ſegnes eſſe: & ſic in aliis eiuſmodi conſimiliter.

¶ Nonnūq̄ vero duo nomina ſiue ꝑpōne addita: ſiue nō: vnitis aduerbii vim retinēt: vt magno opeꝛ: vel magnopere ꝓ valde: maximo opere: vel maximopere pro plurimum: maiorem im modum pro maxime: mirum in modum pro mirabiliter: & idem mirandum in modū. Sed ablatiui caſus ſiue cū commertio prepoſitionis: ſiue eo ſine: vim habet aduerbii: ut ī primis: ſignificat. n. ꝑcipue. ac præſertim: & id Græci dicunt Atq; aduerbium ipſum ſi ita appellandū eſt: perornate nominibus iungitur: ut ī primis ſapias: ī primis eruditus. Sed a ꝓpoſito digrediar paucis interdū ꝓ paulū: multis pro multū: Verū hæc alio loco oportunius.

¶ Ille etiam modus optimus eſt: vt ſiquis dicturus ſit quempiā hře aliquem magiſtratum: ſeu honorem: ſeu imperium: vt ex nomine honoris eiuſmodi: & gero geris verbum: pulcherrimam cōſtituat orōnem hoc pacto: Hic eſt Romæ cōſul. Romæ cōſulem gerit. Imperatorem gerit. Principē gerit. Prætorē gerit: & illa item cōſimiliter. Ad hoſce. n. viros rerum cura: atq; adminiſtratio pertinet.

¶ Vſitata ē & pepulchra ſermonis ratio: vt Gerundiorum Actiuorum

præpoſita inter ſignificet tempus imperfectum indicatiui uel ſubiuncti modi: vel alterius: & dum particula: vt inter ambulandum hoſtes offendi: hoc eſt: dum ambularem: inter legendũ ridebas: id eſt: dum legeres: & ſic pro uarietate perſonarum ita exponendum eſt: vti modo explicauimus. Hinc Seruius in Bucolica Virgilii. Inter agendum. ideſt dum agis: & honeſta locutio eſt: ſi dicamus: inter cenãdum hæc ſum locutus

¶ In pro erga: & etiam pro contra: pulcherrima locutio ẽ: acuſatiuo p̃poſita. vt meus in te animus: mea in te beniuolẽtia. vbiq̃. n. ſignificat erga. Iuuenalis inuehitur in Domitianum. Cicero habuit orationem ĩ Catilinam: ubi in: contra ſignificat.

¶ Apprime pro ualde recte apponitur nominibus: quemadmodum & in primis dictum eſt ſuperius: vt uir apprime utilis: & ſic de aliis.

¶ Res nomẽ latum: diffuſumq̃ eſt: ſed eo pulcherrime vtimur adiectis poſſeſſiuis nomĩbus: ſed p̃ſertim huiuſcemodi: vt cũ dicit Res publica res uxoria: res familiaris: res militaris: res domeſtica: & de ſimilib⁹ pariter: vbi aliqua ueluti ſignificatur inſtitutio.

¶ Præſtolo uerbum quod plerumq̃ poetæ accuſatiuo iungunt. Cicero cõnectit datiuo. Multa ſunt uerba: quibus pro eadem ſignificãtia & paſſiua utimur voce. & actiua: & vt ommittã pene ĩnumerabilia: Cicero frequenter in his duobus modo actiuam modo paſſiuam uocem uſurpat. Aſſentior & aſſentio ubiq̃ eadem conſtructionis forma. & impartior & impartio. In cæteris aliis id fit multo varius. vſu uenit: oneratiſſimum p contingit: vſurpatio & uſurpare non ita intelligit debent: ſicut iuriſcõſulti utuntur. Sed vſurpationem frequentem. uſum oratores vocant. & uſurpare eſt in frequenti uſu habere.

¶ Hæc res me deficit: ideſt: deeſt mihi hæc res: & d̃ficit me dies. Vita q̃ primum mortales deficit. Sed deficit hac re: magis poetarum eſt. Deficere quoq̃ pro rebellare (ut ita dicam) non abſurdum eſt.

¶ Nunc aũt ne ea: quæ perutilia & ornatiſſima ſunt: ommitam: ĩtelligẽdum eſt: quod nomina tertiæ declinationis: quæ tam nominatiuũ: q̃ genitiuũ ſingularẽ hñt ſimilẽ: præſertim ſi genetiuus pluralis in ium exierit: eor̨ frequẽter pluralis accuſatiuus in is terminari ſolet: raro in es: vt oĩs pro omnes: mortalis p mortales: ĩmanis p ĩmanes. Similiter & ipſe quoq̃ teſtatur Priſcianus: vt in nes: vel in is terminantia: vt fontis & fontes: partis & partes. In reliquis rarius id fid: quæ eſt poetarum venia.

¶ Quædam aduerbia ſũt: quæ in epiſtolis q̃ maxime congruunt: ſicut propediem: q̃primum pro cito: confeſtim. & itẽ poſtridie: quod multi ignari litterarum & grammaticæ artis expertes exponunt poſt tres dies. Sed ne tu eodẽ ducaris errore: crede poſtridie ſignificare poſtero die: ut eo pacto. M. Cicero accepit: & alii eruditiſſimi uiri.

¶ Et ſiquis multa re ferre uelit: pro priore ponat primum: uel primo:

utrũq; enim in uſu eſt:pro ſecũdo deinde : vel ſecundo loco pro tertio: tum uel præterea:vel tertio loco:tum pro quarto:quod raro accidit:ad hæc uel præterea,vel quarto loco,in calce poſtremum,uel poſtremo:& demum. Sit igitur huiuſmodi exemplum. Tria ſunt quæ afferunt mihi magnam uoluptatem,primũ eſt enim quod optimũ amicũ nactus ſum: deinde aũt quod ſingularem tuam in me teſtificaris beniuolẽtiã:poſtremũ uero quod intellexi te incolumẽ eſſe.Qua in re id quoq; aduertendũ eſt:quod tres inuenimus cõiũctiones recto atq; vſitato ordine:quæ ſunt enim:autem uero.Sed tuipſe hæc omnia:ac multo etiã plura facile cognoris:ſi Ciceronis ſcripta & imprimis eius epiſtolas lectitabis.

¶Memoriæ proditum,eſt ſignificat ſcriptum eſt.Multa enim talia ornatiſſime uſurpantur,tamen uariis ſignificantiis. Vt memoriæ tradere mandare litteris:mandare ſcriptis mandare litterarũ monumentis:quorum ferme eadem uis eſt,Sed mandare memoriæ aliud ſibi uidet velle.

¶Fallo uerbum tritum eſt apud Ciceronẽ:vt fallit me hæc res dicimus fallit te hæc ſpes:quod eſt fruſtratur:& decipit.

¶Miſſum facere dimittere ſignificat:& venuſtũ : & oratorium eſt.Nã miſſam hanc rem facio:ſignificat dimittere illam.

¶Ad hæc autem in eadem oratione duæ hæ particulæ ne:& quidẽ:pulcherrimæ ſunt:ſiquis fuerit recte illis vſus. Nam cum ponũtur:ſemper aliud dictũ eſt:aut id mẽte cõcipitur:vt ne audiui quidẽ:ſignificat enim exempli cauſa non ſolum non vidi:ſed neq; etiam audiui.Itẽ aliud exemplum.Philoſophiæ ſtudiũ Democritus non modo nõ itermittit:ſed ne remittit quidẽ.Remittere nãq; philoſophiã eſt remiſſius philoſophari.

¶Sed ea quoq; diligentia adhibenda eſt:quod ſi quãdo plura ponim⁹ præſertim ſine copulatione:qui articulus eſt:vt ſi idem videatur ſignificare:quod uæhemẽtius ſemper magis collocetur in calce:vt tua virtus laudanda:probandaque eſt.Nam probare eſt maius quod fit animi iudicio.Magiſtratus diligere:amare:colere debem⁹.Probatiſſimos viros omnes homines verentur obſeruant,admirãtur.Quæ turpia obſcæna. fæda,teterrima ſunt,ea fugere,aſpernari debemus.Virtutis:officiũ ſumma laus eſt.Nam habet officium acceſſionem actionis

¶Sed in his quoq; ordo quidam ĩſpectãdus eſt:quod ſi tria ſunt : quorum duo partẽ aliquã ſignificent,tertium ſit cõmunius,id ꝑfecto debet plerũq; in fine collocari:niſi ſe habuerit quodã generis modo,tunc enĩ cõtra fit:quod nunc liquido ac perſpicue patefecero. Ac prioris quidẽ exemplũ eſt:Oĩs in adipiſcẽda virtute cura: opa diligentia ponẽda eſt. Eſt enim cura ſolius animi:opera corporis diligẽtia utrũq; cõplectitur. Et item plurimũ in remp.induſtriæ:laboris:tpis ponendũ eſt.Amicos cõſilio:viribus:opera adiuuare debemus. Alterius vero exempla ſunt. Non ſunt ꝑ ſe res commodæ expetẽdæ : diuitiæ:uoluptates : honores.

Commodum enim generis locũ obtinet. cuius ſpecies ſunt multæ. pũta quas modo memorauim⁹: atq; item animalia quæq; homines. leones equi bonum videnť appetere. Sed utcunq; ſeſe res habet: ſi multa ſũt: quod pluris eſt: poni debet in fine. Iam uero ad alia.

¶ Multotiens geminatio quibuſdã tam uerbis infinitiuis q̃ aduerbiis: tanti ualet: quanti id nomen ſemel & cũq;: vt qſquis pro quicũq;: quotquot pro quorcũq;: quãtus q̃tus ꝓ quãtuſcũq;: qualis qualis pro qualiſcunq;. ut ut pro vtcunq;: vbi vbi pro ubicunq;: & id aduerte diligentius

¶ Accedit ꝓ addiť: q̃ uſitatũ: tã pulchrũ videri dbet. Vnde & acceſſio additionẽ ſignificat. Igiť accedit mihi ad meas miſerias dolor. i. addiť.

¶ Confido: non ſicut quidam arbitranť: neſcio quo pacto cõſtruitur: ſed iungitur alias datiuo: alias ablatiuo caſui. In his potiſſimum verſať: quæ ad animum ſpectãt: vt confido tua virtute: tua humanitate: tuo cõſilio. & item de aliis huiuſmodi.

¶ Credo quoq; pro committo ornatiſſimum eſt: vt credo tibi grãdem pecuniam. Nam grande adiectiuum nomẽ probe uel ætati cõuenit: uel pecuniæ. Pecuniæ exemplum ſupra poſuimus. Sed hic grãdior Neſtore uidetur: ideſt quod Neſtorem ante eat ætate. & hic eſt grandis natu: grandiſſimus natu. ſignificat longeuum hominem: atq; admodum ſenem. Et quia de nutu mẽtio facta eſt: maior nutu ornatiſſime ſignificat ſeniorem. ſicut minor nutu minore.

¶ Inſuper haud illepida ſit interpoſita nõnunquam in oratione: atque interiecta parẽteſis: ut dediſti ad me (quæ mea eſt ſumma uolũtas) ſuauiſſimas litteras. Omnes amicos (niſi fallor) plurimum admiraris. Scire uellem ex te (ea namq; eſt amicorum cõſuetudo) quid I. M. Antonii cauſa ægeris: ut ita demum repoſtulante noſtram orationem eiuſmodi interpoſitionibus aſpergamus.

¶ Hæc res apd' me ĩcrebuit. i. ad aures pũenit: & notitiã rei ſignificat.

¶ Neſcio hãc rem. ignoro. præterit me. fugit me. latet me. huius rei neſcius ſum: ignarus ſum: hæc res ſcientiam meam fugit.

¶ Hoc reliquum ẽ & hoc reſtat: perpulchre & magno cum ornatu idẽ ſignificãt: exemplum eſt. Omnia tibi & fortuna & natura tribuit: reliquum eſt: vt bene & laudabiliter uiuas.

¶ Rumor eſt. i. uulgo & communiter dicitur: & ornatus ſermo eſt.

¶ Accipere pro audire & cognoſcere peruenuſte diciť. ut accepi rumoribus quoq; eſt incertus auctor accepi hoĩum fama: quæ certo auctore continеť: accepi nunciis: quos: nũcius & qui mittitur affert: accepi litteris: quas ab amicis plerũq; accipimus: & in aliis item cõſimilibus locis.

¶ Pro nominibus articularibus demonſtratiuis conſueuerunt oratores addere ce adiectionem in his caſibus: qui in s deſinunt euphoniæ cauſa ut hiſce. hoſce. haſce. pro his hos has.

℄Sæpe præpoſitio quæ præponi ſolet: poſtponit: & ſignificantia eadē manet: & in quibuſdā qdem ſemp: quæ ſunt mecū: tecū: ſecū: nobiſcū: uobiſcū. in qbuſdā aūt nō ſemp: vt qbuſcū: quocū: qſcū: Te pp: & pp te idem ſignificat: & ſic quibuſcum: & cum quibus: & i his potiſſimum ea præpoſitionum tranſlatio fit: quæ modo enumerauimus.

clam ℄Clam plerūq; præpoſitio eſt: nōnunq̄ aduerbiū. Sed oratores potius ꝑpoſitionē accipiūt: ſiue cōiungat ablatiuo: uti Priſcian⁹ ſentit: ſiue acuſatiuo: qd' opinat Donatus ut clā me profect⁹ eſt: id eſt: me neſciēte.

Coram ℄Corā cum accētu in prima ſyllaba præpoſitio eſt: & quid ſignificet nemo eſt: qui neſciat: cum accentu uero in vltima ſyllaba: aduerbium pulcherrimum eſt: ſignificans (vt ita dicam) præſentialiter: quo frequē tiſſime docti viri vtuntur: vt apud. M. Ciceronem. Cupio tecum coram iocari: & coram tecum loquar.

preſto eſſe ℄Præſto ſum ſignificat adſum: & fere appareo: & ſic idem aduerbium eiuſdem uerbi modi omnibus & temporibus peruenuſte connectitur in eandem: quam modo poſuimus: ſignificantiam: vt præſto mihi fuit ſeruus tuus urbem ingredienti.

℄Licet mihi eſſe bonum virum: & licet mihi bono viro eſſe: utrunque latine dicitur. Sed poſterius magis oratorum eſt.

℄Perpetuo & i ꝑpetuū aduerbialr̄ ꝑ eodē mō: & eis frequēter utimur.

deuincire ℄Deuincio uerbum cum pulcherrimum eſt: tum p̄cipue Epiſtolis: cōgruit Significat autem deuincio: obligo: vt deuictus eſt: id eſt: obligatus eſt: ſicut vt ſæpe obnoxius: quod non ſolum trito modo ſignificat: quod notum eſt: ſed etiam deuinctum.

collocare ℄Collocare apud aliquē beneficium: ē alicui benefacere: vt apud gratos viros beneficium collocaſti.

℄Multa aduerbia in i exeuntia: etiā in ipſis epiſtolis pulcherrima ſunt Sed hæc imprimis ruri: ueſperi: domi. Multa item in o: ut ſero: ſerio: cōſulto: poſtremo: modo: falſo: merito: precario. Cætera uero in eodē exitu deſinentia: haud in frequenti ſunt oratorū uſu. In u uero crebra ſunt: diu: cuius manifeſta ſignificantia: & interdiu: quod quaſi eſt ifra medii diei tempus: & noctu pro nocte: quod magis nomē eſt: vnde die: noctuque dicimus.

℄Nullus nulla nullum nonnunquam pro nō: preſertim ſum es eſt verbo adiuncto: ut nullus ſum: interii. Res publica nulla eſt: quaſi nō eſt: & extincta eſt: idque etiam ornatiſſimum eſt.

℄Gratificor tibi hanc rem: præclare uſurpatur.

indulgere ℄Et indulgeo ſane eſt uerbū uſitatiſſimū: & ſplendidi ornatus: quod & datiuo iūgit: & ferme ſignificat: do opā: atq; ita exponit: vt hic nimio ſomno īdulget: id eſt nimis dormit. Nimio cibo īdulget: id eſt: nimis comedit. Nimio vino indulget: id eſt: nimis bibit: & de aliis cōſimili pacto,

¶ Indulgere autem quaſi concedere:& eſt uerbum luxurioſam quãdã deſignans clementiam & indulgentem:parẽtem appellamus leniore in libros ingenio:quod ab agnoſco plurimum differt. Liuius primo ab vrbe condita. eſt enim ignoſco:parco.do ueniam:excuſatũ habeo. Ignoſco tibi igit̃:ſi q̃d exẽpli gratia admiſeris ſceleris:indulgeo uero:vt multa agere ĩpune q̃ as. Quoꝝ uerboꝝ diſcrimẽ diligẽtiſſime cõſiderãdũ ẽ.

¶ Tantus tanta tantũ & quãtus quãta quantũ eodem modo ita ſe hñt in aliqua orõne:vt raro alterũ abſq; altero ponat̃: vt cõcio hæc tãta eſt. quãta añ hac nũq̃ fuit:Tribuis mihi tantũ:quãtũ hæc agnoſco.nec poſtulo:Tãtũ i te ẽ doctriæ:q̃tũ i doctiſſimo ſolet eẽ uiro: & ita de reliq̃s.

¶ Talis & qualis alteutrũ crebertime ponit̃:raro vtrunq;: vt talem ſolemus ſentire bonũ uirum:& ſubintelligimus:qualem diximus. Econtra. Orator eſt illuſtris:qualis alter nullus reperiatur. Verum de his ſatis.

¶ Vel pro etiam particula mu'tis locis rectiſſime cõgruit:vt Hannibal fuit imperator uel omnium primus. Tua eximia virtus ut te amen: uel maxime impellit.

¶ Verſor uerbum in frequentiſſimo uſu eſt ueterum:ac diſertoꝝ hominum:perdiffuſa eſt eius uerbi ſignificãtia:& uariis deniq; poteſt rationibus exponi:vt ego uerſor in litteraꝝ ſtudio.i.ſtudio litteraꝝ do operã. Virtus circa difficile uerſatur:ideſt virtus in difficili cõſtat. Verſamur in tenebris:eſt fere ſumus:ac viuim⁹:& quaſi ſtamus in tenebris. Et quod eſt exẽplis ſuperioribus declaratũ:duos:ſibi plerũq;:atq; frequẽtius caſus poſtulat. Nam aut accuſatiuo coniungitur præpoſita circa:aut ablatiuo in præcedente. Quoniam ante fundũ uerſati ad portam uerſabat̃. perraro dicta ſunt. Sed quemadmodũ cæteris reb⁹ oĩbus:ita huic quoque ſumma adhibenda eſt diligentia.& mandandæ ſunt memoriæ.

¶ Nonnunquam & duæ particulæ ornatiſſime coniunguntur:quarum eadem ſit vtriuſq; ſignificatio:vt enimuero. Nam pro explenda ſententia:altera dumtaxat ſufficere poterat:Et ſimiliter:ſinautem ſæpe dicim⁹ explendæ ſententiæ gratia:Eo in loco autem particula nullam omnino uim habet. Sin enim per ſe ſignificat ſed ſi.

¶ Quod pro quoſq;:& pro quando non minus ornate ponitur: q̃ latine:vt volo eſſe in urbe quo ad tu redeas. Ita ĩ plurimis locis cõſimiliter.

¶ Suſcipere non ſolum quod tritum uulgatumque eſt:ſupra ſe accipere ſignificat:& quodammodo adducere aliquid:ſed etiam perornate ĩ epiſtolis commendatum.habere:ut ſuſcepit Ciceronem Cæſar in ſuis reb⁹ aduerſis. Quæ vtiquæ poſtrema ſignificatio haud quaquam ſiquis ĩſpiciat accuratius:a priore illa aliena eſt.

¶ Optima quoque illa ratio eſt:vt poſitiuo cupiam adiuncta negatio: contrarii poſitiui uim:aut ſignificationem teneat: ſed non ita plane tãtum:& cumulate illam expleat:cuius rei exempla ſubiiciamus.

¶Hic eſt vir haud improbus: ſignificat enim fere hunc hominē probū potius q̄ improbum eſſe habendum. Et ſic philoſophus haud ignobilis hiſtrio non illepidus: miles non inſtrenuus: ciuis haud quaq̄ malus. Nā in his eorūq; ſimilibus rectius atq; vſitatius dicitur quæuis laudis cuiuſdam eſt: ſed quaſi: diminutæ: atq; defraudatæ laudis.

¶Quod grāmatici frequētiꝰ dicūt: peto te hāc rē: ornatiꝰ: nec minꝰ latine dici q̄at. Peto hāc rē a te: & id plurimū Cicero ī epiſtolis cōſueuit.

¶Confiteor paſſiua uoce crebro vſitatū eſt: ꝓ eo quod eſt fere pereo: & confectus quaſi cōſumptus: vt vir inops: & miſer fame: frigore: dolore: conficitur: & ſic amicus ætate: æſtu: conficitur: atq; mœrore: labore ſenio confectus: & de alii itidem.

¶Ablatiui caſus nō participiorum ſolum: verum etiam nominum aliorum in oratione percōcinne ponuntur: præſertim ſiqua fuerit ſignificatio temporis: & participiis quidem manifeſtum eſt: vt regnāte Octauiano Cæſare parta eſt uniuerſo orbi pax: ideſt: qua tempeſtate regnabat Octauianus Cæſar. Dionyſio Siracuſis tyrānidem gerēte in Sicilia: grauiſſima bella geſta ſunt: ideſt: quo tempore Siracuſanorum Dionyſius tyrannus erat. Sed eodem quoque modo alia quædā ſe habēt nomina: maxime uero ſi dignitatum atque honorum extiterint: vt Cornelio & Lælio Corrulibus acte theatro fabulæ ſunt. Quidam addūt participiū: exiſtentibus. Sed nos prohibemus: quod non ad venuſtatem orationis pertinet: addi opportere. Et item Scipionem cōſule Pœni deuicti ſunt Scipiōe imperatore verſa eſt Numātia: & reliqua huiuſcemodi pariter.

¶Licet tam grammatice q̄ oratorie genitiuos quorumcūque caſalium cum poſſeſſiuis quocūq; caſu prolatis coniungere. Quod uel Priſcianus tradidit: vt mea cauſa venit: & cæterorum amicorū: & meum agrū &. M. Antōii hoſtes populati ſunt. Tuo amico: ac fratris gratificare. Tuum imperatorem ſectare: & cōmilitonum. Noſter & fratris amicus. Sua ille confidit: & ciuium prudentia. Atque ita figuratur conſtructio ī omnibus poſſeſſiuis. Hinc Terētianum illud: Meo præſideo: atq; hoſpitis.

¶Idque pœnitus inſpiciendum ſit: quin etiam diſcretionis: ſeu abūdātiæ cuiuſdam gratia ſolet addi cū genitiuo poſſeſſoris ntūs poſſeſſiuꝰ: ut ſuus eſt Cæſaris mos: id eſt: eius mos: & non alterius. Suus Titi filius hæres teſtamento conſtitutus eſt. Suus: ut ipſe quoq; Priſcianꝰ exponit: ad diſcretionem eius: qui ſecundum leges ſuus nō eſt: id eſt: ſub poteſtate patris legitimi non eſt. Suus autem pro vniuſcuiuſcunq; proprio accipitur quod ipſum apud uiros etiam eloquentiſſimos frequens eſt.

¶Die quarta: vt Nonus Marcellus etiam teſtis eſt: & die quarto nō idē ſignificāt: ſed maſculino genere præſertim deſignatur tempus: vt ſit die quarto ꝓ eo: quod aliter Nudiuſquartus dicitur Nudiuſtertiꝰ: & ſic de aliis. Fœminino futuꝝ: quod uetuſtiſſimi tamen aliter protulerit.

¶ Tua cauſa feci:& tui cā feci:ne pter ueterū:& doctorū cōſuetudinē ali qd efficiamus:iter ſeſe haud mediocriter diſcernūt. Nā tui cauſa tūc di cimus:ſiqd ei:ad quē ſermonē uertimus:pſtiterimus:vt tui cauſa ad An tonii caſtra pfect⁹ ſū:qđ eſt tuēdi tui grā. Sed tua cā cū tua(ut ita dicā) cōtēplatione aliqd alteri pſtiterimus:vt tua cauſa fratris tui cauſam egi.
¶ Et qa aliqd de his:quæ ad poſſeſſionē ſpectāt:locuti ſumus:haud ab re fuerit:dñam eam proferre in medium:quæ eſt iter genetiuos primi tiui:& poſſeſſiui:mei.tui.ſui.noſtri.ueſtri:quam eādem pulcherrime Pri ſcianus attigit. Vox namq₃ eſt eadem:at vis ipſe longe diuerſa:cū geni tiuus primitiui ſimplicem ſignificat poſſeſſionē:poſſeſſiui uero duplicē: vt mei amicus eſt meus amicus. Sed mei filii amicus duplicē poſſeſſionē continet:alteram meam in filio:alteram filii in amico. Quod eo ſubieci mus:ne cum ornatum inquirimus:uerborū uim ignoremus ipſam:atq₃ in errorem quēpiam imprudentes incidamus. Sed iſtituta pſequamur.
¶ Hæc res mihi in mētem venit dicit:& cum genitiuo:huius mihi rei in mētem venit. Hæc mihi curæ eſt:an pro nominatiuo genitiuus poſitus ſit:vtrunq₃ non ſolum poetæ:ſed etiam.M.Ci.uſurpauit.
¶ Oratores ſicut & poetæ perſæpe præſentibus temporibus:pro tēpo ribus præteritis nonnunquam & pro futuris vtuntur. Verum id quidē multo rarius. Sed econtra haud crebro fit niſi forte inq̄ uerbū quod fu turi temporib⁹ eſt.præteriti loco:vel præſentis accipiamus. Sed multa quæ ſuper his dici poſſunt:in aliud potius tempus ſeruamus.
¶ Similis:& plenus nomina quorum prius etiam datiuo iūgitur: poſte rius etiam oratores ut plurimum ac fere ſemper genetiuo cūiungūt: vt ſimilis tuorum maiorum:dignitatis:officii plenus. Nōnunquam uero: per raro proferuntur cum ſuperioribus caſibus.
¶ Sæpenumero maioris ſignificātiæ cauſa:uel ornatiſſime imperatiu⁹: & ſubiunctiuus iungitur.qđ Cic.perſæpe efficere ſolebat: q̄le eſt illud. Cura: vt uir ſis. Et alio ī loco ſcribēs ad filiū. Effice.& labora. vt excellas.
¶ Decurritur ſpatium:cenatur Rombus:prandetur turtur:cōſimiliaq₃ pulcherrime dicunt:atq₃ ſicut abſoluta īterdum uerba obliquis caſibus adiungunt:Ita trāſitiua quoq₃ licet nōnunq̄ non ſolū pro grāmaticorū more:ſed etiam pro oratorum cōſuetudine abſolute pferunt.pſerti ue ro ſi qua ſui paſſio.cū actione ipſa ſignificat:q̄lia illa ſunt:amo lugeo.ri deo.metuo:quæ tantum tranſitiua ſunt:nunc abſolute proferuntur.
¶ Quæ in bundus exeūt nomina.nō tam ſiītudinē ſignificāt: qđ plæ riq₃ arbitrant:q̄ abundātiā quandā potius ac uehemētiā: ut glīabūdus. nō tam gloriāti ſimilis.q̄ abūde ſeſe uehemēterq₃ efferēs. Quam opinio nem eloquentiū:ac eruditiſſimorū hominum ubiq₃ teſtimoniis compro batā tuq₃ firmiter amplectere. Nā ut ōmittā alios. Gelius auctor pro batiſſimus ex ſententia quoque doctiſſimi Apollinaris: lætabundus

dicitur:inquit:qui abunde lætus eſt:errabundus:qui longo:atq; abũdãti errore ductus eſt:& tu quoque iiſdem vtere nominibus.

¶ Fretus freta fretum icertæ originis oblatiuo iunctum pulcherrimũ eſt:& ſignificat fere confiſum:ac munitũ:vt ufa humanitate fretus:ufa fret⁹ ſapiẽtia:nõ mea virtute fretus. ¶ Certiorẽ facere uſitate:ac freq̃nter ĩ epiſtolis uſurpatᷣ. Nã facio te certiorẽ de hac re: id eſt ſignifico tibi hãc rẽ: vt ſepiſſime velim de tua ualitudine me facias certiorẽ p litteras.

¶ Habeo varia conſtructione figuratum plurimum ornatus habet: vt bene hæc res ſe hebet:quod eſt fere:vt ita dicã:ſtat bene hæc res: & ita bene me habeo & cum participiis:bene me habens:redeo rure:& cõtrarium aduerbium ſimiliter ei verbo iungitur:quod eſt male.

¶ Participia ſæpenumero futuri temporis ornatiſſime uſurpantᷣ:vt ſcriptur⁹ ſum ad Scipionẽ lr̃as:quod eſt fere:debeo ſcribere: & alia. Tu ad ædes Craſſi iturus es:quaſi ire debes. Cicero eſt Athenas ꝓfecturus:id eſt proficiſci debet. Plautus in Cyprum traiecturus eſt:quod eſt fere nauigare debet ĩ Cyprum. Quod iccirco ita expoſuimus: quoniã is ꝓprie nauigare:is tranſmittere:is ſoluere:cum locũ ſignificat: unũ ꝓficiſcuntᷣ. Is demum traiicere dicitur:quod calcem ſignat:qui rate vehitᷣ:vt Cicero ſoluit Athenis.& in Aſiam traiecit. Verũ ad ꝓpoſitũ redeũdum eſt.

¶ Illa igitur participia:quæ a uerbis manant paſſiuis:& paſſiue quoque exponuntur:uel exponi debent:vt cuius inſons animus eſt: mulctãdus non eſt:ideſt mulctari:& puniri nõ debet. Sõctes accuſandi ſunt.i.accuſari debent. Vir flagitioſus trudendus eſt in carcerem:coniiciendus eſt in uincula:& alia reliqua exponantur:vt ſupra diximus. Nec tñ negauerim:quin eorundem participiorum alia quoque ratio ſit:ſed ea nos proſequimur modo in præſentiarum quæ venuſtius eloquium reddant.

¶ Quid repeto.nonne pulchre ponitᷣ:ſi quid ei acceſſerit: neq; acuſatiu⁹ ſolũ caſus:ſed & ablatiuus: vt repeto hãc rẽ memoria: q̃d nõ teneo memoria ſignificat:vt permulti exiſtimãt:ſed potius memoria uoluto.

¶ Reminiſcor ẽ q̃ſi obliuioni traditã rẽ rurſum ĩueſtigo memoria. Hoc nos uti uerbo ornatiſſime poterim⁹:q̃n eo dẽ & ueteres eloq̃ntiſſimi freq̃ẽter uſi ſunt. Hĩc illud Ciceronis ĩ libro de Oratore. Cogitãti mihi:& mẽoria uetera repetẽti. Et Affrican⁹ a Neuio accuſat⁹ Tribũo plæbis q̃d ab Antiocho pecuniã accepiſſet:cõmodiſſime eo uerbo uſus:mẽoria:iquit. Quirites repeto hũc diẽ hodiernũ eẽ:quo Hãnibalẽ pœnũ inimiciſſimũ huic ĩperio vici in terra Affrica:& pacẽ uobis:ac victoriã pepi inſeparabilem. veꝝ captus ingẽti uoluptate:lõgius in affricã uerbis referendis ꝓgreſſus ſum. Quãobrem ad noſtrum ĩſtitutũ ſe referat oratio.

¶ Optimum factu fuerit:ne eiſdem:aut modis oratiõis aut uerbis utamur:& quod initio diximus:uaria plurimũ probatur oratio: & ſi ueluti quibuſdam floſculis aſpergitur:vt pro mori:diem obire:mortem oppe

tere:animã expiraꝛ.vita decedere.vel excedere ex vita.animã efflare:ul ta defungi:reb⁊humanis excedere.ex vita migrare res deſerere hũanas exire de vita.mortẽ obire.interire.occidere.cõſimiliaq̧.Et itẽ pro viue re:vitã agere.viuere vitã:degere ætatem.Et ne ſigillatim cũcta comple ctar:illud quoq̧ hoc loco animaduertẽdum ſit:quod ſicut dicimus ſæ pe ludo ludum:pugno pugnam:ſeruio ſeruitutẽ:doleo dolorẽ:& ſimi lia.Ita & interdũ viuo vitã:viuo fœlicẽ:ſeu miſerã vitã:vt ſi quis dixerit. Qui expeditã uirtutẽ fuerint cõſectati:hi viuent beatã:atq̧ imortalem uitam:& qui præclaꝝ certamen certauerit:ampliſſimis donabitur mu neribus.Et qđ de uariis dicimus orõnis modis:idem ipſum de ſingulis partibus intelligendum ſit:ut pro oro:rogo:ꝑcor:obteſtor:& obſecro.

¶Pro q̃ſi pene:& ferme.& fere Reliqua tu ipſe cõiecta.¶Id genus.ꝑ id generis.qđ fere ſilꝰe nomẽ exprimit & pulchre.& vſitate dicit.Multa ſunt id genus mõſtrãda.qđ eſt fere ſiſia.uel eiuſdẽ generis monſtrãda. De multis id genus rebus locutus eſt.quod eſt ſimilibus.& ita in aliis.

¶Ex ſententia:quaſi ſecundum uoluptatem:& ꝓſpere.ut geſta res eſt ex ſententia quod eſt prout optabam.Et id tibi euenit ex ſententia.& multis in locis conſimiliter.

¶Inferre iniuriam.quaſi iniuriam facere.Manus inferre alicui.eſt ali quem pulſare.impetum in quempiam facere.eſt fere cum impetu quẽ piam & quaſi in adoriri & irruere.

¶Dare veniam pulcherrime eſt ignoſcere:& licentiam dare.

¶Ab initio ætatis habui te amicum:a teneris annis:a paruulo:a primis ætatis tẽporib⁊:a teneris.vt Græci dicũt:ũguiculis:a cunalib⁊ ipſis ami cicia mihi tecũ ẽ:& hmõi:iniens ætas pulcherrime adoleſcẽtiam ſignĩ.

¶Ferire fœdus optime:atq̧ optimis cauſis:& feralium cõſuetudine ſi gnificat fœdus componere ut perſæpe ictum uel percuſſum fœdus eſt: conſtitutum:compoſitum.

¶Eſt mihi nomen Scipioni:cognomẽ Affricanus fuit:cui Pago troia no nomen erat:& ſic de reliquis datiuo caſu peruſitate dicitur: ac pul cherrime:Et quæ eadem & in aliis quoq̧ modis dicuntur ſed frequen tius modos ſuperiores apud eloquentes:& doctos uiros inuenies.

¶Cum tritũ uerbũ uolumus oſtẽdere:& quod in ore populi eſt:vtimur uerbo ĩperſonali ferꝛ uel pſonali uerbo aiũt:& nõnunq̃ dr.& eis ſingu lis vt præponimus:& raro ita:& interdum:Quod exẽpla hmõi ſunt.Nã Sirenas:ut aiunt:ſurda debem⁊ aure trãſire.Et itẽ Nã ita ferꝛ:ut nuſq̃ tu ta ſit fides.Item.Turbe eſt.quod dicitur:tumu tuantẽ de gradu deiici.

¶Nonnunquam & ita dicimus: noctem ſuper mediam vigilauimus: quod eſt ultra mediam noctem.Idq̧ & Seruius ipſe teſtatur: & quorun dam ueterum comprobat auctoritas.

¶Contra Sermonem tuum tendo: eſt reſpondeo tibi:ſicut & tendo cõ

tra iter:eſt occurro:ſed hoc haud in frequenti uſu oratorum inuenies.
¶Macte magis aucte.& eſt gloriæ:ac laudis ſermo.& plerũque ablati-
uo iungitur:vt macte uirtute eſto.Idqꝫ & Poetæ uſurpant. & ſcriptores
hyſtoriarum.& demum Oratores ipſi.Qui ſermo:vt multi eruditiſſimi
tradunt:a ſacris deductus eſt.
¶Quotiẽs:alicuius:explicaturi ſumꝰ ſiue genus ſiue locũ gẽtile:ac pa-
triũ nomẽ effingimus:quod q ſecus effecerit:fortaſſe nõ Latine locutus
ſit:ſed illepide penitus atqꝫ in decore:ut qui fuerit Siracuſis oriũdus:nõ
de ſiracuſis oriũdus dicẽdus eſt:ſed Siracuſanus eſt:nõ de Athenis:ſed
Atheniẽſis:nõ de Cluſio:ſed Cluſinꝰ:nõ de Senis:ſed Senẽſis:atqꝫ ĩ ge
neribus:& famili is nõ de cũ ablatiuo vtimur:ut multi:ſed inde nomen
efficimus vt nõ de Scauris:ſed Scaurus:nõ de Græcis:ſed Græcꝰ:nõ de
Catulis ſed Catulus:nõ de Dathis:ſed Dathus:quam quidẽ ad rem id
merito afferendũ ſit:quod Plinius ipſe aiebat:quod deriuatiões firmas
regulas nõ habent:ſed exeunt terminanturqꝫ uti ipſis autoribus placet:
ſicut a Tauro Taureum:& Taurinũ dicimus:& duos nos Romãos dici
mꝰ:dicũt Græcis Romeos:quos nos Carthaginẽſes:illi Carchidones.
¶Sed in enſis:in us atqꝫ in as quæ ad loca pertinẽt:frequentiores ter-
minationes ſunt:vt Alabandenſis:Heydelburgenſis:Craconiẽſis Cluſi
nus Maguntinus : Terentinus:Lacedemonius:Salaminus:Mitileneus.
Coritheus:Chius Syracuſanus:Thebanꝰ:Arpĩas:Sarcinas.Alii quoqꝫ
ſunt eorumdẽ nominũ exitus:ſed hi frequentiori vſu celebrantᷣ:qđ idẽ:
& in quibuſdã aliis fit: quæ neque a generis nominibꝰ fluxerũt:deqꝫ lo-
ci ullius:ut Terentianus:Chremes:Prodicius Hercules:Platonicus Gy
ges:Socraticus Gorgias:quæ oĩa a propriis profecta ſũt:atqꝫ originem
traxerᷣ ſed quæ alia hac de re dici poſſunt:tu ipſe cogitatiõe cõplectere.
¶Conor hanc rem optime:ac venuſte dicimus:præſertim ſi difficilior
ſit & ardua:quo pacto Cicero ſæpe vtebatur:vt de pfecto oratore.ma-
gnum opus:& arduum Brute conamur.
¶Ex ſtudeos ſiquid ſtudioſius effecturi ſumꝰ etiã accuſatiuo pulcher-
rime iungitur.
¶Deſiderio uerbum pulcherrime poſitum.Nam cum deſieriũ ſit ab-
ſentium rerum perſæpe dicimus. Deſidero amorem tuum : tu nõ amas
me.deſidero tuam prudentiam:quaſi ſis inſipiens:& ita de aliis.
¶Complector per diffuſum eſt: atque ornatũ uerbum præſertim uero
aliquibus adiectis hac ratione: ut amo te : atque beniuolentia comple-
ctor:pro amo:cogitatione complector pro cogito:& ideſt animi. Sicut
facultate conſequor eſt rei ipſius.
¶Illud ignorandum non eſt : quod gerundiuus modus ab omni uer-
bo ſimpliciter procreatur ſi quando nobis foret eo opus: vt cantando
rumpitur Anguis(ut ait Seruius)dum ei cantatur. Et alio in loco acti-

ue dictũ: vt cantãdo tu illũ? Id efficere oratores atq; uſurpare queunt.

¶ Putant nõnulli nihil intereſſe. ſiquis dixerit: quarto prætor & quartũ
prætor. & ſic de cæteris: ſed magna eſt: inq̃ differẽtia: vt. Ma. Var. teſtis
eſt. Nam quarto prætor locũ ſignificat: & tres ante factos: quartum p-
tor uero deſignat tempus. Caue igitur diligenter: ne perperã his vtaris
rationibus? ne quid contra veterum: atq; eloquentium morem: cõſue-
tudinemq; faciamus: quia tertium Conſul: & tertio Conſul non idem ſi
gnificat. Sed ne plura iam ſequar: nã ĩfinita pene huiuſmodi pcipi põt.

¶ Id tene memoria: quod nõ rure eſſe: ſed ruri dicimus: quod tũ Põpe-
ius Feſtus affirmat: tum. P. Ter pbat. air. n. Ruri ſe cõtinebat. Quãob
rem ſiqua iam reliqua ſunt: pauci expediamus. Nam cum pro cõficien-
dis epiſtolis: hæc potiſſimum attigerimus: ſi ſalutationis formulã: & re-
gulam: & Kalendarum. Idum. Nonarumq; obſeruatiõem patefecerim
iure huic paruo inſtituto finem: ac modum ſtatuamus.

¶ Vale igit: ac ſalue uerba: pro. M. Var. ſnia: & oĩum doctiſſimoꝝ idẽ
ſignificare uidẽt: qbus nos alias ĩ ſalutãdo: alias in execrãdo vtamur. Ex
quo & Terẽtianũ illud ẽ: Valẽt: q ĩter nos diſſidium volunt. Ac mortuis
quoq;: & q mortali ſi uita deceſſerũt qbus nullã huius locis optare ſalutẽ
poſſumus: nõnunq̃ uale dicimus: & veteres ipſi quodã eiuſdẽ id uerbũ
pro morere: dicebant: quaſi nil ãplius ſibi cũ mortuis futuꝝ eſſet: & im-
perpetuum ad eoꝝ iã aſpectu diſcederent. Nam neq; ualẽt illi; neq; ſalui
eſſe poſſunt. ob eamq; rem addunt nõnulli bene aduerbiũ; fœliciterue:
aut ſi qua alia ſunt: eiuſmodi ſignificãtiæ. Verum tamen ĩ epiſtolis quas
plerumq; ad amicos mittimus. vale in fine dicere conſueuimus, abſq; vl
la aduerbii acceſſione perinde atq; amicis vitæ ſalutẽ: ac fœlicitatẽ opte
mus. Quod igitur uale ſibi quærat: quoue pacto illo utendum ſit: noſti.

¶ Pro ſaluto autem: nos dicimus ſalutem dico: & quẽ ſalutare cupimus
datiuo caſui aptiſſime poſuerim⁹: vt Vale: & Cæſari dic ſalutẽ. Alia quo
q; erit ſalutandi ratio: vt iubeo Scipionem ſaluere: quod eſt Scipionem
ſaluta. Nam is modus vim quandam deſiederii continet: & pro ãtiquo-
rum cõſuetudine infinitus modus ĩn alium tranſumitur: vt iubeo te ſal-
uere. i. ſaluere: iubeo te gaudere: pro gaude.

¶ Quod uero alii ex mea parte dicunt: multo quidem ornatius dicitur:
uel meo nomine: vel meis uerbis.

¶ Quorum aũt cuiuſq; menſis diẽ uelimus ĩtelligi: kal. No. Idi. ue nota
mus. Neq; quid illæ ſibi uelint explicare nunc conſilium eſt; ſed quo pa
ctos oẽs ſingulorum menſium dies ab eis ad noĩationẽ accipiãt. Quam
obrem ĩtelligendũ in primis eſt: primos oẽs dies cuiuſq; menſis Kal. ap-
pellatione notati: ſecũdum quas Nonaꝝ dies cõſtituitur: & in aliis qdã
mẽſib⁹ ſeptima luce Martio: Ma. Iulio. Octo. In aliis autẽ quinta Ianuar.
Feb. Ap. Iun. Aug. Sep. Nou. & Dec. atq; oẽs. xi. dies: q iter Kl. & Nõ i-

terceſſerint. Nonaꝝ cognominatione cenſent: vbi & numeꝝ memineri mus: ac Nonas ipſas & illũ ablatiuo caſu cõſtituemus: & has accuſatiuo. Sed iter numerandũ: & ꝑpoſtero utemur ordiue: & Nonaꝝ diẽ cõnume rabimus. At Nõis exactis: ꝓximos octo dies: idq; ĩ quoquo mẽſe ſilr & Iduũ cognominatiõe ſignificabimus: pari ratiõe tũ ordinis: tũ adnume rationis. Reliquos uero eius mẽſis quotquot ſuperfuerĩt dies. Kl'aꝝ ap pellatione notabimus: quæ futuri: ac ꝓximi ſint mẽſis neq; ordinis: neq; adnumerationis rõne ĩmutata: atq; id omne exẽplo illuſtrandũ eſt. Sitq; Martius exemplo: cuius curriculum vno: ac trigeſimo die conficitur.

¶ Prima itaq; dies Calendæ erunt Martii.

Secunda	Sexto nonas martii.
Tertia	Quinto nonas martii
Quarta	Quarto nonas marti.
Quinta	Tertio nonas martii
Sexta	non ſecundo nonas dicitur ſed pridie nonas & ita in idibus atq; calendis.
Septima die	None erunt martii.
Octaua	Octauo idus marii.
Nona	Septimo idus martii.
Decima	Sexto idus martii.
Vndecima	Quinto idus martii.
Duodecima	Quarto idus martii.
Tertiadecima	Tertio idus martii.
Quartadecima	Pridie idus martii.
Quintadecima die	Idus erunt martii.
Sextadecima ſeptimodecimo calendas apriles: quoniam is menſis proximus conſequitur.	
Decima ſeptima	Deimo ſexto calẽdas eiuſdẽ menſis
Decima octaua	Quintodecimo calendas apriles.
Decimanona	Quartodecimo calendas apriles.
Vigeſima	Tertiodecimo calendas apriles.
Vigeſimaprima	Duodecimo calendas apriles.
Vigeſimaſecunda	Vndecimo calendas apriles.
Vigeſimatertia	Decimo calendas apriles.
Vigeſimaquarta	Nono calendas apriles.
Vigeſimaquinta	Octauo calendas apriles.
Vigeſimaſexta	Septimo calendas apriles.
Vigeſimaſeptima	Sexto calendas apriles.
Vigeſimaoctaua	Quinto calendas apriles.
Vigeſimanona	Quarto calendas apriles.
Trigeſima	Tertio calendas apriles.

Trigeſimaprima & nouiſſima pridie kal'.aprilis : cum ſurint kalendæ a-
prilis. In quo menſe & in cæteris omnibus eadem obſeruanda ratio eſt.
¶ Dierum autem numerus haud te latet: qui in promptu eſt omnibus:
pridie autem Kal'. pridie nonas. Pridie idus dicit: & ſignificat quod ue-
tuſtiſſimi dicebant: & die priſtini pro aduerbio: quod ſignificat die pri-
ſtino: ſicut & pro vetuſto: more die craſtini & die quinti: & die quinte ſi-
militer pro aduerbio. Verum nos priſcam nimis & horridiorem vetu-
ſtatem ubiqꝫ fugere: ac uitare debemus: ac bene & præclare Cæſar præ-
cipere ſolebat: tanq̄ ſcopulum: ſic fugiendum eſſe inauditum atqꝫ inſo-
lens uerbum.
¶ Progenitiuis autem menſium: rectius poſſeſſiua nomina finxerimus
kl'. Martias: & ita Apriles. Maias. Iunias. Iulias. aut Quītiles. Auguſtas:
aut Sixtiles. Septembres: & ita Ianuarias & Februarias.
¶ Quod autem in kalendis nonis idibuſqꝫ: ablatiuo caſui iungim⁹: idē
poſſumus in accuſatiuum tranſferre : & ad præponere : ſed id ſignificat
tempus fere diuturnus: ut octo Kl'. Ianuarias dediſti ad me litteras: ego
uero ad octauas idus Ianuarias ad te ſcripſeram. Habet enim vim tēpo
ris vehementiorem hoc poſterius.
¶ Ne igitur plura conſcribam: hæc mihi impræſentiarum ſeſe obtule-
runt quæ annotatu digniora viſa ſunt: quæqꝫ tibi multo plus fortaſſe cō
ducent: q̄ illorum præceptiones: qui eaſdem & epiſtolis: & orationibus
partes tribunt: quorum penitus eripiendus eſt error. Atqꝫ ita ſentiendū
ut in litteris ipſis apte: concinneqꝫ ſcribamus: ac noſtram ſentētiam: at-
que mentem q̄ cōmodiſſime aperiamus. Quod ſi hæc diligenter tenue
ris ex infinito pene harum rerum numero: alia quædam non minus for-
taſſe utilia: ſed multo grauiora ſubnectam. Quamobrem (ut facis cupi-
diſſime ſtudia litterarum complectere. Et quæ in dies aſſequere: ad exer
citationem accomoda. Vale.

Sex nonas Maius: October: Iulius: & Mars
Quattuor & reliqui tenet idus quilibet octo
Inde dies reliquos omnis dic eſſe calendas
Nomen ſortiri debent a menſe ſequenti
Iunius: Aprilis ſeptemqꝫ nouemqꝫ tricenos
Vnum addis reliquis. Viginti Februus octo.

¶ Auguſtini Dathi Senenſis Elegantiæ fœliciter expliciunt.

¶ Sequit̄ Tractatus de nouē uerbis contra uulgatā multorū opinionē.

¶ Acutiſſimi Grammatici Auguſtini Dathi Senenſis de nouem uerbis contra uulgatam multorum opinionem : Libellus fœliciter incipit : ad diſcipulos chariores.

NOn debet omnino arrogans uideri : optimi adoleſcentes : & chariſſimi fratres contra ueterum ſententiam : ea improbare nonnunquā quæ auctoritate quadam potius q̄ certa ulla ratione a ueteribus ipſis tradita ſunt. Nec ullo aut Senatuſcōſulto : aut plebiſcito cogimur : vt cum illis ſemper ſentire debeam⁹. Sæpe philoſophorum, ſæpe etiam Oratorum : falſæ ſententiæ & opiniones reiciuntur. Cur igitur grammaticorum non poſſint : quorum (ut nemo dubitat) incerta ſunt omnia? Neq; enim ullā prorſus rerum ſuarum ſtabilem legem ſeruant. Opinioſiſſimi homines ſunt : & nihil unquam certi præcipiunt. Bene, Flaccus ait. Grammatici certant : & adhuc ſub iudice lis eſt. Neq; eſt uel apud Græcos quiſquam uel apud noſtros : quem ſatis firmiter : probare auſim. Video diſcrepantes inter ſe Apollonium Herodianum : diſſidentes : Caprum. Focam Chaſium diſſidentes Probum. Donatū. Seruium. Taceo Priſcianum : qui inconſtantia religionis : doctrinæq; ſuæ leuitatem perſpicue pateſcit. Phiam ſæpe cum Grāmatica arte & litterarum eruditione tēperauit. Phūs egregie magnus : acute ac ſubtilr de uocalibus & ſemiuocalib⁹ lřis phatus eſt. Quæ ſcripſit : ita oīa perfecit ingenio : atq; elaborauit induſtria : vt qđ dixit in Gorgia Socrates. colligata ferreis eſſe : & adamantinis rationibus uideanť. Quid multa? Ex mutis & cōſonātibus litteris : chriſtianæ fidei repudiauit religionem. Ex declinatione autem nominum & coniugatione uerborum neceſſario intulit : diſcedendum ſibi a Chriſto : & Iuliano apoſtatæ adherendū. Quis nō laudet : eam boni negociatoris commutationem? Principem mundi deſeruit : vt Iulianū Conſulē : ac Patritiū coleret. Quā uero pceperit puti liter : qui ignorant : legāt Laurētii Romani hoīs diligētiſſimi librum : quem de latinæ linguæ elegantia : erudite pſcripſit : vbi in ſingulis pene locis : ſinguli huius egregii præceptoris manifeſti corripiuntur errores : & quæ ī bundus noīa exeunt : ſimilitudinē quandā dicit ſignificare Priſcianus : cum longe aliter pbatiſſimoq; ueterum auctoritas : ſemp ea terminatione uſa cōſpiciať. Sed non potuit repire oīa ī tripode Apollinis. Vbertatē quādā & abundātiā ſignficāt ea noīa : ut Iſagogicis noſtris ſatis copioſe diximus. Quattuor rebus cōſtare perhibēt Grāmaticæ artis uim. Rōne. Auctoritate. Vetuſtate. Cōſuetudine. Sed hæc omnia nihil omnino habent firmitatis. Ratio ſæpe claudicat : uariať Auctoritas. Vetuſtas obſoleſcit : teritur cōſuetudo. Magna inter Grammaticos collu-

ctatio eſt utrum. F. littera inter ſemiuocales: quæ ἡμιφώνα dicunt. an īter mutas: quas αφωνα Greci uocant: ānumerāda ſit. Et. H. pro qua græci Daſea vtunt lra ne: an nota aſpirationis ſit: nōdū ſatis cōſtat. Se- nem Priſcianū ſi lōgius ꝑduxiſſet ætatē ingentia de ea re uolumina arbi trot ſcriptuꝝ fuiſſe. Veſperi aduerbiū eſt: id Grāmaticoꝝ turba vno ore cōſentiunt. Sed diutius iueſtigantes: vtrū a ueſpero: an a ueſpere ifle- ū ſit: quo ſe uertāt miſeri naſciūt. Parcus unde originē traxerit: magna du bitatio eſt: ſiue quaſi pecuniarius dictus ſit: ſiue a parū ductū nomē: ſcire quis poſſit? Poſthumus quid ſignificet: ignorat uulgus grāmaticoꝝ: ſed nec dum cōpertum Apollinari & Ceſellio poſthuma ꝑles. Et apud Vir gilium ī ſexto Aeneidos Quid? An ne eum ſignificat: qui patre mortuo natus eſt: an qui poſtremo loco potius? Latuit forſitan & iuriſcōſultos: cū de liberis & poſthumis præſcripſerint. Sed quid eſt: quod grāmatici certi tradiderint? Littus apud Virgilium alii exponūt: quem cōſuetudo uſurpat: adiacentē mari locū: & ſicut iuriſconſulti recte interpretantur: quouſqꝫ maximus hybernus fluctus a mari peruenit. Alii locū poti⁹ an- te aram. quā pugnā Seruius & Donatus pugnauerūt iampridē. Sed qua ſi æquo Marte dimicauerint neuter victoriā adeptus eſt. Quod pleriqꝫ omnes faciunt adoleſcentuli: vt animum ad aliquod ſtudium adiun- gant: aut equos alere: aut canes ad uenādū: aut ire ad pħos. Verba ſunt apud Terentiū comicum in Andria: quæ quid ſibi uelint diſceptantib⁹ Grāmaticis: ſcire adhuc nemo potuit. Agmina cōcertāt lratoꝝ hoium Priſciani. Donati. Seruii. Aſconii: cæterorūqꝫ pene īnumerabiliū. Pleriqꝫ oēs Attica locutio. & a Græcis ſumptus ſermo eſt: quos oīum pene arti um: auctores habemus. Pleriqꝫ oēs eſt. oēs faciunt adoleſcentuli. Pleriqꝫ ut equos alant: aut canes ad uenādū: pleriqꝫ vt ad pħos eāt: Pleriqꝫ oēs: eſt pleriqꝫ: īmo oēs faciūt adoleſcētuli. Pleriqꝫ oēs: pleriqꝫ & oēs fere idē ſunt. Cum autē duo in eadem oratione: eiuſdem ſignificationis poſita ſint: alterum abiici conſueuit. Enimuero eſt certe: altera particula ora- tionem complet. Eodem modo plerique omnes adoleſcentuli: eſt om- nes Adoleſcentuli. Plerique omnes Adoleſcentuli (ut alii argumentan tur) eſt maior pars adoleſcentulorum. Quis obſecro in tam magna opi nionum uarietate non inſaniat? Quis non irrideat tam pueriles: aut ani les controuerſias? Itaqꝫ cum tam varia veteres grammatici ſentiant: nō tam eſt habendum religioni: ſi aliquando ab eorum opinione diſceſſeri mus. Fando etiam grauia: nonnunquam admitti ſcelera conſueuerunt ut eſt in Phædro platonis. Sed noſtra in vituperandis ueteribus culpa: eiuſmodi erit: vt faciliime expiari poſſit: etiā ſi non imitemur: Steſicoꝝ: ac Palenodiam conficiamus. Non poſſum ubiqꝫ ueterum ꝓbare ſnīam. Legi Priſciani libros. A. Gelli Seruii. Quītiliani. Pōpei. Feſti. Noni Mar celli. Aſconii Pediani. Focæ. Donati: & omnium ꝓbatiſſimi. M. Var. li-

dori:& quorundam:quoq; recentior memoria eſt. Atq; hi omnes(ut mihi quidē uidet)ſtudioſe exequūtur:unde uerba ducta ſit:ſed pleriq; eorum. Manes. Lucus. Bellū. Officiū. parca. Ludus. Ocium. Cœlū. Eumenides:& alia nōnulla nomia:per contrarietatē dici exiſtimarunt:& in eis uocabulis deriuandis repente ac forſitan incōſulto ad Antiphraſim cōfugerunt. Quoq; ego(ut aperiā meam ſententiā)nullum per contrariū dici arbitror:ſi diligentius & ipſa nomina & quæ per ea ſignificant:reſpicere uolucrimus. Ac ſigillatim unū quodq;:quod propoſitū eſt:diſſerēdum uidet. Manes(ut Grāmatici credunt)dicuntur:ꝓpterea quod nēquaquam ſint per Antiphraſim. Si Manes Dii īferoꝝ ſunt:patior æquo animo per contrarium appellari. Si Manes aduerſum quid ſignificent: non moleſte feram ita deduci:quale eſt illud. Suos quiſq; patimur Manes:Sin uero Manes pro aīa atq; umbra ſumāt:cur manes dicti:quia nō boni? Manum ſignificare bonum:nec nos latet qui & Macrobi. Saturnalia:& Marcelli de ſignificatione uerboꝝ:librum legimus. unde & forſitā Mane tractum eſt ab auſpicio boni hominis:vt reliquis dici partib⁹:bene ac ꝓſpere ſuccedant omnia. Manes uero cur aliunde deducunt:cū abſq; ulla contrarietate:vel αϖοτησ μανιασ. Græca dictione:quę furorem:aut inſaniam ſignificat:uel ſi quibus grææ litteræ diſpliceāt: a Mano uerbo proficiſci queat; Manare non tam aquarum fluentium: q̄ Solis proprium eſt in emittendis radiis:vnde potius Mane originem ſumpſit:quod in ea diei hora Sol manare incipiat atq; emittere radios: & demum ſpargere lumine terras. Sol uero quum decurſo inferiori hemiſperio nobis oritur: uidetur ab inferis & profundis Manibus ꝓdire vt iam noſtrum hemiſperium luce compleat. Vnde & cum de polis Artico & Antarctico noſter Maro loqueretur:in hunc modum cecinit in Georgicis. Hic uertex nobis ſemper ſublimis. At illum:Sub pedib⁹ ſtix atra uidet:maneſq; profundi. A. Manibus igitur Sol oriens:manare uidetur:atque inde ad nos reſurgere. Nec id dixerim:quod ab his Sol exeat: qui Zodiacum Circulum ambiens eadem ſigna per annos ſingulos:certa lege metitur. Sed quod ita uideri ſoleat ſpectant multitudini qua ratione & alia quoq; nomina nonnullis rebus indita ſunt. Nonne & Egeum mare iccirco quidam appellatum ferūt:quod cerebre in eo īſulæ procul aſpicientibus: ſpecies caprarum uideantur. Nec tamen ille capræ ſunt:ſicut nec a Manibus Sol oritur: qui inde ab imperitis & indoctis manare creditur. Siue igitur a μανια Græca dictione:ſiue a Mano Latino uerbo;Manes dicti ſunt:certe per contrarium non dicuntur. Quid lucus? Nunquid nam per antiphraſim dicet? Clamat uulgus grāmaticorum:fieri lucum a lucendo per contrarium:quod nō luceat. Verum ſi diligentius aduerterint:intelligent ꝓfecto longe ſe a uera deriuatione aberrare. A lucendo dr̄ fateor:ſed per contrarium nequaq̄ dr̄. At

credẽdum Quintiliano eſt; Lucus dicit: quia vmbra: opacus parum luceat. Et beatus Hieronym⁹ ad Fauſtinũ. An tibi bellus videris: qa Fauſto vocaris nomĩe: Quaſi nõ & Lucus ideo dicat, quod minime luceat! Ignoſcat nobis Quintilianus: det pater Hieronymus veniã: q tunc nomini ei⁹: ad quẽ ſcribebat alluderet. Lucus: quod vere luceat: magna approbãte grauiũ teſtium corona: nõ ambigue appellatus eſt: quod ĩ nemorum opacitate: in arboꝝ frondentiũ vmbra: ſacrificioꝝ ignes ſplendeſcãt: luceãt holocauſtomatum flãmæ. Itaqꝫ lucos dicatos vbiqꝫ Diis: legimus. Nuſquam luci cõmemorant nisi Dei cuiuſq̃: aut alicuius ſacrificii habita mẽtione. Illud Seruius diligenter aduertit: nunq̃ ſine religione: lucum eſſe a Virgilio poſitum. Hoc qui dubitant: percurrant ſingillatim Maronis libros. Iã ſubeunt Triuiæ lucos. Luci & Diana recte ſe habent. Latet arbore opaca. Aureus & foliis: & lẽto vimine ramus. Iunoni infernæ dictus ſacer: hunc tegit omnis. Lucus & obſcuris claudunt conuallibus vmbræ. Lucus nõ ſine inferna Iunõe ponit. Aeneas ad Sibyllã. Nec tene quicq̃ lucis Echathe p̃fecit auernis. Lucos Proſerpina comitatur. Quale iterum illud. Sed me cum lucis Echathe præfecit auernis. Ipſe Deum pœnas docuit: pqꝫ oĩa duxit. Sed & ibi luci non ſine numine referunt. Proxima Circeæ radunt littora terræ. Diuos ĩ acceſſos: vbi Solis filia lucos: aſſiduo reſonant cantu. Et in alio loco de Turno. Luco tũ forte parẽtis. Pilũni Turnus ſacrata vallẽ ſedebat. Fruſtra tam multa ex eodem poeta teſtimonia referũtur. Quid apud cæteros probatiſſimos auctores! Silius italicus ſæpe lucos memorat: ſed nunq̃ tamẽ a religiõe ſeiũgit. Et ĩ tertio libro de bello punico. Lucos: nemoroſaqꝫ regna. Cornigeri iouis & fulgẽtia tẽpla colũnis. Et ĩ verbis Ariſtac ſacerdotis: Has umbras nemoꝝ & cõuexa cacumina cœlo: Calcatoſqꝫ ioui lucos præce Boſtar adora. Et rurſum in alio loco. Inter anhelãtis grãmatas corniger Ammon fatidico pandit uenientia ſæcula luco. Id ipſum apud eundem Poetam in pleriſqꝫ locis Statius & ipſe poeta illuſtris: non præter hanc ſignificationem: Lucum poſuit. Tunc uiridis latæ lucus iuga celſa Mineruæ propter opacat humum: Sicut & Lucanus ſacratum nemus ſcribens ait. Lucus erat nunq̃ uiolatus ab æuo. Iuuenalis autẽ Lucum Martis dixit: & Deũ cum luco erudite copulauit. Nota magis nulli domus eſt ſua: q̃ mihi lucus. Martis. De quo & pulchre Pompeius Trogus in. xliii. hyſtoriarum libro: & ipſe quoque lucum Martis appellans Properãtius quoque pari ratione lucum poſuit cum religione coniunctum. At nunc deſertis ceſſant ſacraria lucis. Itaqꝫ & in ſacris libris cum de loco ſacrificii agitur præcipitur iuxta altera. lucum & arbores non plantari. Id quod Hieronymus noſter ſcribens in. xii Prophetas: nõnunq̃ refert. Et in Exodo Moyſi præcipitur: Ars Gentilium deſtrue: & cõfringe Statuas lucoſque ſuccide. Et in tertio Regum libro: cum de Aſa Rege uerba

haberentur:inſuper & Macham matrē ſuā amouit ne eſſet prīceps in ſacris priapi:& ī luco eius:quē cōſeruauerat. Sed infinita bene homini exēpla reperiunt. Cicero deniq; ī tertio de Natura Deoꝝ ubi de Eſculapiis ſermo eſt ac de tertio Eſculapio īquit. Cuius atchana nō lōge a Luſio flumine:ſepulchrum & lucus oſtendit: Nec igit p Antiphraſim luci dicuntur:ſed quod in Nemoꝝ umbra:luceant ſacrificioꝝ flāmæ:ubi accenſi ſemper flagrant altaribus ignes. Bellū (ut pleriq; autumant) p antiphraſim dicit:quod bellū ideſt bonū nullo mō ſit. Nos āt omitamus:qđ multa ſæpe bella:neq; mala.neq; turpia ſunt : vt illa:qbus uel iniuſte ſublata repetunt:uel propulſat iniuria. & pax tutior:ac firmior:cōparat Bellum non ambigue a belluis dictum eſt. Belluaꝝ enim maxime ꝑpria bella ſunt : eademq; ob ferinos flagitioſoꝝ hominum mores ad hoīes ſunt tranſlata. Nam genus hoīum ſuo ingenio tū iuſtitiæ ꝑſidio. tum linguæ ac uerboꝝ diſceptatione cōtentū eſt. Hāc uero noīs huius deductionē: negare nemo poterit:qui ueterū ſcripta diligētius aduerterit: Ciceronis in primis:qui in primo de officiis libro:noſtrā ſententiā : ſua auctoritate cōfirmat. Nam cū ſint;inquit:duo genera decertādi: vnū per diſceptationem:alterū per uim:cūq; illud propriū ſit hoīs. hoc belluaꝝ: cōfugiendum eſt ad poſterius:ſi uti non licet ſuperiore. Quibus uerbis oſtenditur:bellum potiſſimū ad belluas pertinere:que ſuſcipere homīes : nō niſi inuitos decet. Officiū:qui uim uerboꝝ ignorant : dictum putant p cōtrariū ab officio:quod nemini noceat. O præclara deductio. O egregia doctrīa. Officiū dicitur:quod nemini noceat? Vnde hæc tam craſſa ruſticitas? Quid eſt obſecro:officiū? Nonne actionē uirtutis potiſſimū ſignificat? Quid ſibi uult liber Ciceronis de officiis? Illic namq; traditur Virtus laudem in actione cōſiſtere. Quemadmodū vero uitium & peccatum inter ſe differunt quod alterum habitus eſt : male conſtituti animi. Alterum actus malorum : atq; exercitatio. Ita uirtus bene cōpoſitæ mentis habitus ē. Officiū uirtutis operatio:& exercitatio quædam honeſtatis. Quemadmodū officia dicerentur ab honeſtate : & ab omni gñe uirtutis: ſatis explicatum arbitror libro ſuperiore. Ita Cicero īquit Secūdo de officiis. Tria in uirtute conſiderantur. Frequentia quædā ac multitudo actuū:quibus animi eſt. hītus comparat partꝰ hītus:& acqſiti habitus exercitatio. Officiū profecto:nihil eſt aliud:quam uirtutis:quæ habitus animi eſt. uſus quidam:atq; exercitatio. Itaq; & perfectum officiū uocabāt Stoici κατορθωμα:quod rem geſtam fœliciter ſignificare videtur. Geritur officium:quia ipm actio quædā eſt. Officiū igit effectionem quandā ſignificat virtutis:& ab efficio ob eam cauſam:originē traxit. Adeſt huius deductionis:atq; ſentētiæ:nec minus doctrina:& eruditione:quam ſanctitate præcellens Beatus Ambroſius īclitus Doctor ſacri eloquii. qui & ipſe de officiis libros elegantiſſimos edidit. In quibus

cætera p̃clara omnia:hoc per erudite. Officium inq̃t littera ĩmutata qua ſi efficiũ dicit̃:ꝓpter decorẽ ſermonis. Huic igit̃ aſſentiri debemus:non uulgo imperitoꝝ grãmaticoꝝ. Sed iam ſatis de officio:nunc ad reliqua pergamus. Parca.n.quinto loco:præpoſita eſt. Parcæ per cõtrariũ dicũ tur:quod nemini parcant:ſicut illi dicere cõſueuerunt:qui ſe grãmaticã artẽ docere profitent̃:ſed quæ tandẽ docent:antiquã diſcãt. Parcæ tria fata ſunt:ſecundũ poetaꝝ fabulas:quaꝝ ſub iure tenentur oĩa:quæ ſe riem fatoꝝ pollice dicunt longaq́ ferratis euolunt ſæcula penſis. Quã obrem (ut ueteres opinabant̃) humanæ vitæ parcæ præerãt. quæ quoni am parciſſime impartiãt̃ ita a parco:uel a paruo ductæ ſunt:quæ res ma xime humanæ uitæ:anguſtias patefacit. Sed hoc magis explicauimus in iis cõmentariis:quos in Virgiliũ pridẽ exorſi ſumus. M. autẽ Varro qui cũ ſentio libẽter:a partu dicit:parcas:nũcupari:q̃d partui p̃ſint. ĩmuta tio lr̃æ facta ẽ. Quã ſentẽtiã:&. A. Gellius firmiter roborat libro. iiii. no ctium acticaꝝ. Quo in loco uerba facit de tempore humani partus. At uulgus grãmaticoꝝ:neq́ Varronis legit de origine latinæ lĩguæ libros: qui maxime ad grammatios ſpectant:neq́ quid Gellius ſentiat cæteriq́ ueteꝝ ꝓbatiſſimi:magni eſtimat. Sed ſiue a parco:ſeu a partu parca dr̃: per antiphraſim utiq́ nõ dr̃. Ludus iã prodeat in mediũ:quod nomẽ & per cõtrariũ:ita appellari tradiderunt:artis grãmaticæ ꝓfeſſores:quoꝝ explodẽt ſentẽtiã:q̃ accuratius uim. atq́ originẽ uocabuloꝝ p̃ſpexerint. Ludus ĩquiunt grãmatici:eo dr̃:quod lõgiſſime ſit a luſu. Ego dici arbi tror:q̃d ad eos ludus p̃tineat: qui ꝓpiſſime luſus ſunt. Ad pueros nãq́ ludus proculdubio ſpectat. Et ꝓbe Flaccus. & pueres:nec te quicq̃ niſi ludere oportet. Quamobrẽ duplex inſtitutio:& doctrina ab eruditis vi ris:tradi ſolet. Altera enim puerilis eſt:& tenerioris ætatis. Altera graui or:ad grauiores uiros p̃tinẽs. Hãc partitionẽ Pythagoras obſeruat̃ ſoli tus eſt:vt apud. A. Gelliũ cerni licet. Leuiorẽ inſtitutionẽ ſignificauit Iu uenalis. Et nos ego manus ferulæ ſubduximus: quod ad grãmaticoꝝ: ſcholã pertinet. Et nos cõſiliũ dedimus Scyllæ priuat⁹ ut altũ dormiret quod ad declamationes:& Rhetoꝝ ſcholas refert̃. Nam agebat̃ quidẽ utrum fecerit ſapienter. L. Scylla:quum dictaturam ſpõte depoſuit: an potius neſciuerit litteras. Id quod obiectare. C. Cæſar ſolitus erat:& grã maticæ artis:& Rethoricæ ſtudium:ad leniorem ĩſtitutionem pertinet. Contra philoſophiæ & oratoriæ artis exercitatio:iuris deniq́ & legum peritia. cõſtantiorem ætatem decet. Et. M. Tullius ſecũdo de Oratore ad. Qu. Fratrẽ. Magna inq̃t nobis pueris Quint⁹ Frater:opinio fuit. L. Craſſum non plus attigiſſe doctrinæ: q̃ quantum prima illa inſtitutio ne potuiſſet. Itaq́ puerilis inſtitutionis:ludus propriæ nuncupatur: in quo prima ætas res læuiores inſtituitur. Quo circa & magiſter ludi non alius:quam qui grãmaticã artẽ præcipit:conſueuit a ueteribus appella

ri. Vt cum dicitur Dionyſius iunior tyrannide depulſus : ludum Corin thi aperuiſſe:ne inopia:atq; egeſtate pmoreř. Pueroꝝ eruditionē:ludis cōplectiť : & leuitatē quandā inferiores diſciplinæ : Quare & ludere eſt: aut leuiter ſcribere:aut leuiter diſſerere. Hinc Virgilius. Ille meas errare boes (ut cernis) & ipſum. Ludere:quā uellē:calamo pmiſit agreſti. Alio uero loco. Ludēs hæc ego:teſte te priape orto carmina digna:nō bello ſcripſi nō nimiū laborioſe. Quid Mar. Tulius ī paradoxis ? Ego uero illa ipſa quæ vix in gimnaſiis & ocyro Stoici ꝓbant:ludens conieci ī cōmunes locos. Nō ſunt Fabii Quintiliāi ſniæ Delphici Apollinis oracula: vt eis tanta ſit adhibēda fides. Non hoc uidit Quin. Neq;.n. dixiſſet ludū appellari:quod lōgiſſime a luſu ſit. P. Terentiū nō ſatis aduertit:uerborum omniū diligentiſſimū:apud quē Laches in echirra de mulieribus. In eodem oēs mihi uidentur ludo doctæ ad malitiā:& ei ludo (ſi uſus ē) magiſtrā hanc eſſe certe ſcio. Illud quoq; manifeſtius in Phormione:ubi Gæta ſeruus ita inquit. Reſtabat aliud nihil : niſi oculos paſcere : ſectari ī ludum:ducere:& reducere. De uirgine enim ſermo erat:atq; poſt. In quo diſcebat ludo:ax aduerſum erat:ei tōſtrina quædā. Quod ſi quādo ad res grauiores ludus uſpiam uertitur (crede mihi) proprietas : & uis ipſa uerbi trāſfertur. Quare Cicero de claris oratoribus:ita de Iſocrate: qui erat rhetor inquit:Cuius domus cunctæ græciæ, quaſi ludus quidā paruit:atq; officina dicendi. Quid eſt quaſi ludus? Certe ſciebat Cicero ludum nō ad grauiores diſciplinas, ſed ad grammaticam : & puerilem inſtitutionem pertinere:qui utiq; luſus eſt præ maiorib⁹ : atq; altioribus ſcientiæ & philoſophiæ ſtudiis. Neq; eſt igitur ludus longiſſime a luſu: nec ſemper uera litteratores profantur. Iam uero otium aggrediamur: in quo nomine potiſſimum nemo arbitratur antiphraſim:poſſe euitari: Itaq; pleriq; omnes dictū putant per contrarium : quod non ocyus ſit: & uelox. Sed ſegne potius tardumq;. Ocium quo pacto inquiunt uelox eſt? Ideſt enim ocys apud græcos:quod quidem abſolutum nequaq̄ iuenitur : in latinæ linguæ uſu. Exquo & ocimum profectum eſt:oleris genus:a celeritate quadam:ac uelocitate naſcendi. Hanc Baſilicam uulgo & regiam herbam vocant:Paululum hic nobis philoſophādum eſt. Duplex namq; fertur uitæ genus:quod ad hunc locum pertinet. Contēplatiuum unum:Actiuū alterū:de qbus multa apud philoſophos. ſæpe tradita ſunt. Et negotiū qdē ad actiuū ſpectat uitæ genus. Ociū ad cōtemplatiuū. De his Cicero primo de Oratore:Perbeati mihi illi uidenť eſſe qui in optima repu. cum uite curſum tenere potuerūt. vt uel in negocio ſine periculo:vel in ocio cum dignitate eſſe poſſent. Et Lactantius in primo ſacraꝝ inſtitutionū:de uiris:ut ſuum ociū ad noſtrum negotiū cōtuliſſe uideanť. Macrobius aūt ſuper. vi. Ciceronis de rep. libro:duplicē affert it uirtutem:negocioſam. ſ. & ocioſam:& illiā tribuit ciuitatū recto-

rib⁊ & gubernatorib⁊ rerũ publicarꝝ. Hãc phis: & q̃ ſciam rerũ ſpeculãt. Quẽadmodũ igĩt q̃ ĩ negociis uerſãt: ſeipſos exercẽt: ita multo magis qui ſe ad ociũ conferunt. Magna negocioſæ vitæ exercitatio eſt. Longe: ocioſæ maior: in qua celeriter mẽs aſſidueq̧ uerſat. Neq̧ mens unq̃ q̄eſcit, vt ipſe quoq̧ Cicero ait. Sed & Thales mileſius unus de ſeptẽ ſapiẽtibus: mentẽ dicebat uelociſſimũ eſſe eoꝝ: que ſunt. Nam p̄ uniuerſa diſcurrit. Ac tum maxĩe mens exercet: atq̧ uerſat: quũ maxime a corpore ac ſenſib⁊ ſciungitur: in illa meditatione mortis: quã phĩ tradũt: atq̧ ẽt tunc Potiſſimũ: quũ longius a negociis abeſt: quæ mentis exercitationẽ ac celeritatẽ: plurimũ impedire cõſueuerũt. Nã qui dicit ociũ, deſidiã, inertiam, ſegnitiẽ, negligentiã pigritiã torporem, idẽ ſignificare: grãmaticum eũ cõſtat a grãmaton eſſe: lr̃atorem abſq̧ lr̃atura. Illud pulchrum eſt. Attilii (ut ait Plinius) eruditiſſime: ſimul ac facetiſſime dictũ. Sati⁊ ẽ ocioſum eẽ: q̃ nihil agere: quod cum maxime ociamur tum maxime contẽplamur, cogitamus, ſcribimus. Itaq̧ quum ſumus neceſſariis negociis curiſq̧ uacui tum auemus aliq̄d uidere, audire, diſcere, cognitionẽq̧ rerum occultarum: aut admirabilium interociãdum aggredimur. Id ergo tempus quum a negociis feriamur: cum nos tutos contemplationi dedimus: ocium iure appellatur. Quare & ſæpe uſurpamus: quum mihi ocium fuerit: ad te ſcribam. Et ſæpe. M. Tullius quod datur ocii: libẽtius in philoſophia conſumere conſueuimus. Illud quoq̧ ſimiliter: quantum mihi: uel fraus inimicorum: uel cauſa amicorum: uel reſp. tribuetur ocii: ad ſcribendum potiſſimum cõferam. Et Plinius in epiſtolis: Ex cõmunib⁊ amicis: cognoui te & diſponere ocium: & ferre. Ac ne quis ullo pacto deſidiam ſuſpicaret: ſtatim intulit. Multum audire: multum diſputare: cũq̧ plurimum ſcias: quotidie tamẽ adiſcere aliquid: Et in calce eiuſdem epiſtolæ: p̄cans loquiter. Quando receſſus mei nõ deſidiæ nomen: ſed potius tranquilitatis: acipient. Quod otium nõ deſidiæ ſit. ſed potius trãq̄llitatis: quũ ceſſamus a laborib⁊: & negociis: & ĩpẽſe: ſtudio ſeq̧ ſtudiis rerũ: & contẽplationi ĩdulgemus: ubi mens profecto celere: uelociterq̧ uerſatur. Sed quo pacto hæc intelligant nebulones: Maiora ſunt: q̃ quæ ab impitis Grãmaticis cognoſci queãt. Qui autẽ ocio abutuntur: ii aliq̄d addere cõſueuerũt: ut Terẽtianus Menedemus ad filiũ. Nulla alia ex re iſtuc fit: niſi ex nimio otio. Nimiũ otium appelauit: q̃d vituparet: & lãguidũ: & inutile otiũ uocare ſolemus: quod uitio datur. Quod Valerius maximus induſtriæ: ac ſtudio: maxime cõtrariũ videri dicit. Quãobrẽ idem ipſe Valerius libro. viii Geſtoꝝ memorabilium duplex otiũ conſtituit. Alterꝝ: quod etiã inertib⁊ uitandũ. Alterꝝ quod ſtrenuis quoq̧: ĩterdũ appetẽdum eſt. Neq̧. n. qui recte otio utunt: ita feriãtur: ita ceſſant: ut lãguore: ac deſidia torpeãt: cuius uim nominis: nemo (ut arbitror) unquam aduertit: niſi forte diuinarꝝ lr̃arum præceptores:

qui dum ſciret id eſſe otiũ qđ mõ diximus: deſidiã cũ uocarent: uocabu lum erudite diſtorquẽtes: maluerunt otioſitatẽ appellare q̃ otiũ. Et erudite Bernardus nouo uſus nomine. Otioſitas inquit: mater eſt uitiorum nouerca uirtutũ. Et cænobitaꝝ pater Benedictus: in ipſa monachorum inſtitutione. Otioſitas inimica eſt animæ. Quod igiť iter cõtẽplandũ: atq; in ipſo otio celerius mens: animuſq; uerſanť ab ea celeritate exercitationemq; ſtudioſiore animi: ductũ tractumq; otium eſt. Vt Cicero ẽt oſtendit de legib⁹. Natura ipſum hominẽ: celeritate mẽtis ornauit. Sed ſatis de otio ipſo dictũ arbitror. Plura aũt: q̃ de reliquis: iccirco diximus: quia pulcherrimaꝝ occultarumq; rerum ueritas: tam facile perſuaderi nõ potes uulgo preſertim reclamante: ac refragante grãmaticoꝝ. Nũc uero de cœlo pauca dicere incipiam. Cœlũ vt (plærisq; aiũt grãmatici) cõtrario nomine: quaſi cœlatũ dř: quod apertũ eſt. Phocionem atheniẽſem libenter imitamur: qui gloriari ſolebat in eo: quod plurimum a vulgi ſententia: vel potius dementia diſſideret. Rectius Aelium ſenſiſſe credimus: qui dictum ſcribit ꝓpterea: quod cœlatum eſt: quod & in libro de origine latinæ linguæ Varro refert. Sed multiplex de huius uocabuli origine ſententia eſt: ſed nullo modo per cõtrarium dř: quod in nulla ſignificatione eius a contrarietate ducať. Cœlum uel a cœlãdo dicitur uel (ut alii exiſtimant uiri eruditiſſimi) a Cælio nomẽ traxit: genere quopiam ferramenti: quod alias Cælionem: alias Scalpellum uocãt. Quod qua ratione: qui argentarii nuncupanť: vaſa cœlant: & deſignando incidunt: atq; inſculpunt. Ita & artifex rerum omnium deus: domiciliũ ſuũ ĩſignauit: ac ſydeꝝ lumina impreſſit. Quod Lactantius Firmianus etiã cõprobat dicens. Pater noſter: ac dominus: qui condidit: firmauitq; cœlum: qui Solem cum cæteris ſyderibus induxit: & utrunq; per: æ: diphtõgum ſcribitur: vt hanc deductionẽ arguere: ac demonſtrare uideť: Quidam a græco ſermone dictum arbitrantur. Nam κοιλον concauum: & conuexum ſignificat: eaq; eſſe cerniť ipſius cœli forma: ac figura. Sed ſi ita foret: magis per: œ: ſcriberetur ꝓpter græcã diphthõgum: oi: quod nuſq̃ tñ apud doctos ueteres: atq; in emẽdatiſſimis codicibus repertũ eſt. Quidam cœlum a cauo dici uolunt: iniqua ſnĩa fuit &. M. Terenti⁹: Itaq; ſecũdũ Pacuuiũ: hoc circũ ſupraq;: qđ complexu continet terram cauum cœlũ dř: Franciſcus philelphus: vir noſtrę ætatis eloquẽtiſſimus & eorum: qui humanitatẽ aſſecuti ſunt: noſtra memoria facile princeps: a cœlando cœlum appellari cenſet: non quod ſuperna illa: atq; inuiſibilia cœlet nos: atq; abſcondat: ſed quod cœlata: & abdita oĩa: in cœlo pateant: reuelenť: & cõſpicue uideanť. Cuius ſnĩæ: optimã affert rõnẽ: qđ & græci cœlũ ουρανον uocãt ab eo qđ τοορᾶν ĩtueri: & uidere apud græcos ſignificat. Siqs obiiciat cœlum diphthõgũ admittere: ſed minime cœlo uerbum: vnde deriuari dicim⁹: id nos rñdiſſe ſatis eſt. H. quæ

apud græcos e lõga eſt:apud nos perſæpe:in:æ:cõuerti:vt ſcæna:cæra: alia itẽ cõplurima. Idẽ etiã fieri nõnunq̄ in nr̄is dictionibus depræhendimus:præſertim eadẽ perſeuerante ſyllabæ q̄titate. Sed oñdiſſe me arbitror:nõ dici cœlũ cõtrario noĩe:qđ uulgus grãmaticoꝝ & baccãtiũ nebulonũ:turba frequẽter aſſeuerat. Eumenides:q̄ furias infernas ſignificant(ut nr̄is)ne ipſe q̄dem ꝑ cõtrariũ dicunt:q̄q̄ uix audeo Hieronymi repugnare ſnĩæ. Sed opinor adeo res altiſſimas:& cœleſtes cõtẽplabat̃ ut leues haſce ineptias floccipenderet:æ:bene ſignificat apud græcos. manũ bonũ:quoꝝ neutrũ miniſtris pœnaꝝ: ac ſuppliciorum cõuenire uideat̃. Nos dicimus Eumenidas benefurentes appellari:ab:æ:quod ẽ bene:& mania:quod furorẽ dementiamue ſignificat. Ex quo & noſtri a furore furias nuncuparũt:neqꝫ per cõtrariũ nullo pacto dictę ſunt. Itaqꝫ apte:atqꝫ erudite de his Statius in Thebayde: circumqꝫ miniſtras Funeſtoꝝ opeꝝ Eumenides:Stygiæqꝫ ſæueros Iunonis thalamos:& torua cubilia cerno. Atqꝫ has poetæ ſæpe etiã furias uocitarũt. Idẽ Statius libro ii. ubi de Laio. Et primas furiarum pertulit iras. Et Claudianus de raptu Proſerpinæ. Coniurãt furiæ: crinitaqꝫ ſontibus Hydris Teſſiphone. Et Iuuenalis ad eum:qui quũ ſanus eſſet:iam inſaniens uideret̃:ita inquit. Dic qua Teſſiphone:quibus exagitare colubris? Pauloante dixerat:Certe ſanus eras. Nec aliud ſibi uult Eumenidũ nomen furorẽ inſaniamqꝫ ſignificat:Benefurentes autẽ dicunt̃. quod plurimum furere: & demẽtire uideantur. Nam ſicut male aduerbiũ minuit:ita bene exauget. Nec per contrarim Eumenides dictæ ſunt. Multa præterea ſunt: quæ a grãmaticis tradita nequaq̄ ſatis probari poſſunt. Hæc ſi uelim:uel refellere uel enumerare:non libello:ſed lato potius uolumine opus ſit. Huius ea potiſſimum cauſa eſt:quod cum grammaticorum:poetarum pertractio Hyſtoriarum cognitio: Verborum interpretatio pronũtiandi ſonus proprius ſit:tamen omnia ſibi cupiunt uẽdicare omnia temptant:nihil certe conficiunt. Philoſophiam omnes eius partes:Mathematicas diſciplinas:Theologiã quoqꝫ:omne deniqꝫ ſciarum genus:ſibi aſſumunt grammatici:ut ea demetant:quæ certe ipſi nõ ſeruerũt. Quare hortor uos & illud imprimis moneo:ut in uocabulis:ac dictionibus pernoſcendis:nõ tam grãmaticoꝝ ſcripta:quæ ſæpe mendarum plena ſunt:q̄ doctiſſimorum hominum:& veterum:& nouorum monumenta: ſtudioſe legatis. Quorum quum expenderitis uerba:eluceſcet(credite mihi) repẽte in q̄ uobis eluceſcet uera:& origo uerborum:& nominum ſignificatio: quod quum feceritis:nouem ꝓpoſita uerba q̄primum deſinetis credere:ut ꝑ contrarium dicantur:quæ ab omni cõtrarietate prorſus abhorrẽt. Hoc uero opuſculũ quodcunqꝫ eſt:& legite ipſi: & aliis quoqꝫ quorum nobis eruditio curæ eſt:legẽdum traditę:vt oĩs:q iampridem de nouẽ uerbis increuit:penitus tollatur error.

Finis.

¶ Amœniſſimi ingenii: & exquiſitiſſimæ doctrinæ: viri: Auguſti. Dathi Senenſis Floſculorum liber fœliciter incipit. Ad Minoem Triciręiū iuuenem celeberimum: ac conciuem chariſſimum.

Ominis amicitia ĩ earū rerū numero collocat: quæ tū honeſtatē dignitatēq;: tū utilitatē quoq; & fructū cō-tinet. Eā Cicero ĩ Rhethoricoꝝ libro ſecūdo his uerbis finit: amicitia eſt uoluntas erga aliquē rerū bonarū illius cauſam: quē diligit: cū eius pari uolūtate. Cicero in prĩo de Finibus bonoꝝ & malorū. Epicurus quidē ita dicit: Omniū rerū: quas ad beate uiuēdū ſapiētia cōparauerit: nihil eſt maius amicitia: nihil uberius nihil iucūdius Ac paulopoſt. Quod q̄ magnum ſit fictæ ueterum fabulæ declarāt: in quibus tam multis: tamq; uariis ab ultima antiquitate repetitis: tria uix amicorum paria reperiuntur: vt ad Horeſtem peruenias profectus a Theſeo: Amicitiā autem in Dialogo Ciceronis ita diffinit. C. Lelius. Nihil eſt amicitia: niſi omniū diuinarum humanarūq; reꝝ cū beniuolētia & charitate ſumma cōſenſio. Secūdus uero Philoſophus amicitiam animorum æqualitatem eſſe dixit.

Amicitia q[uid] sit

¶ Amplitudo q̄madmodū & amicitia his ĩ reb⁹ ponit: q̄ & honeſtæ ſimul ſunt: & utiles; Eſt aūt āplitudo: vt a Cicerone libro ſecūdo Rhetoricoꝝ termiat potētiæ: aut Maieſtatis aut aliqꝝ copiaꝝ magna abūdātia.

Amplitudo

¶ Alæ & pennæ cū ſolū auium eſſe credātur: & uolucrum: ad res quoq; alias transferunt. Plato in phœdro. Natura alarum eſt graue in ſublime attollere: qua Deorū inhabiat genus. Omniū uero: quæ ſunt circa corpus: maxĩe particeps diuini eſt animus. Diuinū autē pulchrū: ſapiēs: bonum: & quicquid tale dici poteſt His uero alitur maxime: augeturq; alatio ipſa animi: Turpi autē & malo & hmōi interit: & fatiſcit: Magnus igitur Rex in cœlo Iuppiter citans alatum currum primus incedit: exornās cuncta: atq; diſponens. Hunc ſequitur exercitus deorumq; & Dæmonum per undecim partes ordinatus. Sed & Boetius ĩ quarto de philoſophiæ conſolatione ait. Sunt enim pennæ uolucres mihi: quæ celſa conſcendant poli: quas ſibi cum uelox mens induit: terras peroſa deſpicit.

¶ Animus & anima differunt. Eſt enim animus diuinior. Sed eam vtriuſq; differētiam aperit Macobrius cū ſuper ſomnio Scipionis hæc dicit. Animus ꝓprie mens eſt: quam diuinorē animo nemo dubitauit Quum ego dicit. Hiſq; animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus: mentē præſtat intelligi: quæ nobis ꝓprie cum cœlo: ſyderibuſq; cōmunis eſt Quū uero ait: retinendus animus in cuſtodia corporis: ipſam tunc animam nominat: que vincit cuſtodia corporali: cui mens diuina nō ſubditur.

Animus & Anima

¶ Animus quo maxĩe a corpore differat: oſtdit ſecundū Epicuri ſniam

M. Tullius ī prío de Finibꝰ bonoꝝ & maloꝝ. Nā corpore: īqt: nihil niſi præſens: & q̄d ad eſt: ſentire poſſimus animo aūt & præterita: & futura.
℄ Amamꝰ magis p̄priæ hoīes Adamamꝰ cætera p̄ter hoīem. Terētiꝰ.
℄ Amant inter ſe. Cicero in primo de Finibus bonorū & malorum. Et enim ſi loca: ſi fana: ſi urbis: ſi Gymnaſia: ſi campum: ſi canes: ſi equos ſi ludicra: exercendi: aut uenandi cōſuetudines adamare ſolemus: quāto id hominum conſuetudine facilius fieri potuerit: & iuſtius!
℄ Angeli αγγελοι Græce uocātus. Hebraice Moloth: latine uero interpretantur Nūcii: ab eo q̄d domini uolūtatē populis nunciēt. Eſt autē angeloꝝ nomē officii potius q̄ naturæ: Sēper enim ſpiritus ſunt: cū uero mittunt: tū āgeli uocāt. Atq; ita ſētit Iſidiorꝰ Ethimologiaꝝ libro non .
℄ Equi Et iniqui loci natura & inſtituto cernuntur ſecundum Ciceronis partitionem in Topicorum libris.
℄ Eequitas uero ut in eodem libro teſtatur: tripartita dicit̄ eſſe. Vna ad ſuperos Deos: altera ad manes: tertia ad homīes p̄tinere. Prima pietas Secunda Sanctitas. Tertia iuſtitia: ante æquitas nominatur.
℄ Aequitas iuſtitia. M. Tullius in libro Topicorum: cū pietatem & ſanctitatem premiſiſſet: tertia: inquit iuſtitia: aut æquitas nominatur.
℄ Aequitas moderatio: ſiue patiēti: uñ & æquo aīo ferre: ē modeſte ferre. Cicero ī Catōe maiore. Noui enī moderationē animi tui: & æquitatē.
℄ Aequitas humanitas.
℄ Aeq̄tas æqualitas. Cicero ī prío de Officiis. Optādū ut hi qui p̄ſunt reipub. legū ſimiles ſint: q̄ ad puniēdū nō iracūdia: ſed æq̄tate dicunt̄.
℄ Aequitas bonitas. Ariſtoteles quinto Ethicorū: Bonus & equus vir qui non exacte ius amplectatur: in priorem partē: ſed de ſuis cōmodis. detrahi patiatur: & ſi lege ſe tueri poſſit. Ex quo dicit̄ ex æquo & bono.
℄ Animaduerſio: conſideratio: īſpectio. Cicero in primo de Finibꝰ bonorum & malorum. Intereſſe enim inter argumentum concluſionemq; rationis: & in mediocrem animaduerſionē. atq; ammonitionem.
℄ Animaduerſio punitio. Cicero itē Torquato: vt dolore ſuo ſanciret militaris Imperii diſciplinam: exercitumq; in grauiſſimo bello animaduerſionis metu contineret. Idem in primo de Officiis. Omnis autē animaduerſio & caſtigatio contumelia uacare debet.
℄ Aīaduerſio atq; āmonitio ab argumēto & cōcluſiōe lōge differūt: uti putabāt Epicurus Cicerōe teſte ī prío de Finibꝰ bonoꝝ & maloꝝ: libro ītereſt īter argumētū cōcluſionēq; rōnis & īter mediocrē animaduerſionē: atq; āmonitionē: altera occulta q̄dā: & q̄ſi īuoluta aperiri. altera prōpta & apta iudicari. Itaq; exiſtimaui Epicurꝰ & uoluptatē expetēdā. & fugiēdū dolorē: ita ſentiri: vt calere ignem: niuē eſſe albā: dulce mel: quorū nihil oportet exquiſitis rationibꝰ cōfirmari: tātū ſatis eē ammonere.
℄ Animaduertimus potius a nobis; ammonemur ab aliis

¶Appetendarum rerum partes ſunt honeſtas & utilitas. Vitãdarũ rerum: turpido & inutilitas Cicerone teſte libro ſecundo Rhetoricorum.
¶Appetere & aſpernari contraria eſſe videtur. Teſtimonio atq; autoritate Ciceronis in primo de Finibus bonorum & malorum: cum dicit ex Epicuri ſnĩa. Aiunt hanc quaſi naturalem atq; inſitã in animis noſtris inesse notionem: vt alterum eſſe appetendum.i.uoluptatem: alterũ aſpernendũ.ſ.dolorẽ ſentiamus. Et rurſum ĩ tertio. Anteq̃ uoluptas: aut dolor attigerit: ſalutaria appetant pueri: aſpernenturq; contraria.
¶Bona quædã pro Epicuri ſentẽtia pterita ſunt: quædã futura. Hic Cicero in primo libro de finibus bonorum & malorum. Vt his bonis erigimur: quæ expectamus: ſic letamur iis: quæ recordamur.
¶Continentia ſecundum ſententiam. M. Ciceronis libro ſecũdo Rhetoricorum. Temperantiæ pars eſt. atq; ita diffinitur. Continentia eſt: p quam cupiditas conſilii gubernatione regitur.
¶Clæmentia & ipſa quoq; pars temperantiæ eſt: per quã animi temere in odium alicuius inuectione concitata comitate retinentur.
¶Circũſpectio qd nã ſit: oñdit Bernard᷒ ĩ libro ſup qd ẽ tibi. m. q. ſ. d.
¶Quid ẽ alid circũſpectio: niſi circũſtãtiũ malorꝫ ſolicita ſagaxq; pſcrutatio: Ad hãc ptinet pteritorꝫ malorꝫ retractio pſentiũ conſideratio: futurorum premeditatio: vt ſecũdum nomen ſuum ueraciter ſit circũſpectio. Hui᷒ aſſiduitas hominẽ cautũ efficit: & quãtũ poſſibile tutũ reddit.
¶Chaos uti diffinit Lactantius primo inſtitutionum diuinarum: eſt rudis inordinatæq; materiæ confuſa congeries.
¶Curia locus eſt habendi ſenatus: ac pro ſenatu interdum poni ab eruditis ueteribus conſueuit. Cicero libro primo de oratore. Ago uero ne ſemper foruꝫ ſubſellia: roſtra: curiamq; meditare. Et in Catone maiore. Non curia uires meas deſiderat: non roſtra. non amici.
¶Cupiditates etiam ſecũdũ Epicurꝫ inſatiabiles ſunt Cicerõe teſtante in primo de Finibus bonorꝫ & malorum. Quæ non mõ ſingulos hoĩes: ſed uniuerſas familias euertũt: totã etiã labefactãt ſæpe Remp. Ex cupiditatibus: odia: diſſidia diſcordiæ ſeditionis: bella naſcunt. Harꝫ tria p Epicuri ſnĩa gña ponunt. Vnũ earꝫ quæ ſint & naturales: & neceſſariæ cupiditates: alterꝫ earꝫ q̃ quidẽ naturales ſũt nec tñ neceſſariæ: tertiũ earum quæ nec naturales ſunt: nec neceſſariæ. Neceſſariæ nec opa multa: nec impenſa explentur. Naturales nec multa deſiderant: inanium uero cupiditatum: nec modus ullus: nec finis inueniri poteſt.
¶Copia: ĩopia res dicũt cõtrarias. Cicero ĩ Catõe maiore. Nec ĩ ſũma inopia ñ leuis eẽ ſenect᷒ põt ſapiẽti: nec ĩſipiẽti ẽt ĩ ſũma copia ñ grauis.
¶Dicere de arte: eſt artis præcepta tradere.
¶Dicere autem ex arte: eſt ornate & artificioſe hoc eſt: ſecũdũ artis præcepta loqui. Cicero in primo Rhetoricorꝫ de Hermagora. Oratori mini

mum eſt loqui de arte:qđ hic fecit multo maximum ex arte dicere:quod cum minimum potuiſſe omnes.

¶ Expetendaꝝ rerũ tria ſunt genera:par numerus uitãdaꝝ:ĩqt.M.Tullius libro.ii.Rhetoricoꝝ.Nã eſt qddã:qđ ſuaui nos alliciat ad ſeſe:nõ emolumẽto captans aliquo:ſed trahens ſua dignitate Quod genus:uirtus.ſciẽtia.veritas eſt.Aliud nõ pp uim ſuã & naturã:ſeu pp fructũ atq; utilitatẽ petẽdũ:quod pecunia eſt.Et porro qddã ex hoꝝ partibus iunctum:qđ & ſua ui:& dignitate nos ĩductos dicit:& præ ſe quandã gerit utilitatẽ:quo magis expetatur:vt amicicia:bona extimatio:quæ in primo genere ſunt:appellãtur honeſta.Quæ ĩ ſecũdo vtilia.Tertia & ipſa quoq; in meliorem partem uocabuli conferunť & nominãtur honeſta.

¶ Expetere & fugere contraria ſunt.Cicero in primo de finib⁹ bonoꝝ & malorum.Temperantia eſt enim quæ in rebus aut expetendis aut fugiendis:vt rationem ſequamur:monet.

¶ Fortitudo vna eſt ex q̃ttuor virtutum numero:quemadmodum oſtẽdit Cicero libro ſecundo Rhetoricoꝝ quo libro:& ita diffinit,Fortitudo eſt cõſiderata periculoꝝ ſuſceptio:& laborũ ꝑpeſſio:cuius:ptes ſunt Magnificentia:fidentia:patiẽtia:perſeuerantia:at libro.iii.rhetoricorũ ad Herenniũ diffinit his uerbis,Fortitudo eſt reꝝ magnaꝝ appetitio:& rerũ humilium contemptio:& laboris cum utilitatis ratione perpeſſio.

¶ Fidentia uero:quæ pars fortitudinis eſt:vt oſtẽdit Cice.libro.ii.rhetoricorum:hiſce diffiniť uerbis.Fidentia eſt:per quã magnis & honeſtis in rebus multum ipſe animus in ſe fiduciæ certa cum ſpe collocauit.

¶ Fortis dicitur:vt Aariſtoteles quarto Ethicorũ oſtendit:medius quidam inter audacem & timidum.

¶ Fortis itẽ omni uirtute ꝑdit⁹ Lactãti⁹ libro p̃ío diuinarũ inſtitutionũ Ille ſolus uir fortis debeat iudicari:q tẽperãs & moderatus eſt:& iuſtus.

¶ Foꝝ:ueluti cõe gen⁹ ad tria cãꝝ gña:ſubſellia:roſtra:curia tanq̃ ſpẽs uidentur ſignificare tria cãꝝ genera ĩ qbus oratoria dictio uerſari ſolet. Ci.p̃ío đ oratoř.Age uero:ne ſẽp foꝝ:ſubſellia:roſtra curiãq; mediteř.

¶ Fortuna conſilio & ſapientiæ aduerſari recte dicitur.Cicero in primo de finibus bonorum & malorũ:ex epicuri ſentẽtia Optime uero epicurus inquit:quod exiguã dicit fortunã ĩteruenire ſapienti:maximaſq; ab eo & grauiſſimas res conſilio ipſius & ratione amminiſtrari.

¶ Fore ſemper futuri temporis ſignificationẽ habet.Cicero ĩ tertio de Oratore.Quem quidẽ ego confido oĩbus iſtis laudib⁹:quas in oratiõe complexus es:excelentẽ fore.Et craſſus fore dicis:inquit:Ego uero eſſe iam iudico:de Hortenſio nãq; Catulus fuerat prælocutus.

¶ Gratia a natura iure eſt:uti oſtendit.M.Tullius libro ſecũdo Rhetoricorum:atq; ita finitur.Gratia eſt in qua amicitiaꝝ & officioꝝ alterius memoriæ:& alterius remunerãdi uoluntas continetur.

❡Gloria in eaꝝ rerum numero collocatur. vt ait Cicero libro ſecundo
Rhetoricorum: quæ nos & dignitate & fructu ſuo ducunt; atq; gloria ē
frequens de aliquo fama cum laude.

❡Greges non modo pecudum dicunt: ſed & nōnunquā ad hoīes trāſ-
feruntur. Cicero in primo de finibus bonorum & maloꝝ. Epicurus vna
in domo: & ea quidem anguſtia: q̄ magnos quantaq; amoris cōſpiratio
ne conſentientes tenuit amicorum greges.

❡Graue & leue cōtraria ſunt. Itaq; cū. M. Tullius prīo Tuſculanaꝝ qō
nū cū naturā quattuor oīa gignentiū corporū: quæ pleriq; pħi elemēta
uocant: cōmemorauiſſet: partē igneā & aīalem. i. aereā rurſum ait rectis
lineis in cæleſtē locū ſubuolare: ſiue ipſa natura ſupiora appetente: ſiue
qđ a grauioribus leuiora natura repellat. Sed & illud quoq; aīaduerten-
dū eſt: plerūq; graue cū ad pſonā refert: laudari: qđ ſi ad res alias referat
nō ita leue cōtra in pſona uituparī: ī cæteris reb⁹ multo ſecus. Hinc. M.
Tullius ī Catōe maiore. Nec in ſūma inopia īgt: nō leuis eē ſenectus po
teſt ſapiēti: nec inſipiēti ēt in ſūma copia nō grauis. Grauitas in homine
laudat: quāobrem Cicero in p̄fatione primi Tuſculanaꝝ diſputationū.
Quæ tanta grauitas: quæ tanta conſtantia: animi magnitudo: ꝓbitas:
fides: quæ tam excellens in omni genere virtus! Contra uero leuitas ma
xime redarguitur. Idem in primo Tuſculanarum quæſtionū. Contēna
mus igit oēs leptias. Quod enim leuius huic leuitati nomē imponam.

❡Hieracitæ: quorum auctor Hierarca nuncupatur hæretici ut oſtēdit
Auguſt. qui carnis reſurrectionem negabant.

❡Inuentio vna eſt earum partiū: quas habere oratorē oportet. Eſt autē
inuentio excogitatio reꝝ ueraꝝ: aut ueriſimiliū: quæ cauſam probabilē
reddant: primo Rhetoricorum: tum inuentione: tum ad Herennium.

❡Intelligētia prudētiæ ps eſt: vt ait. C. libro ſecūdo Rhetoricoꝝ quo ī
loco itelligētiā ita diffinit. Intelligētia eſt: p quā anim⁹ repetit ea: q̄ ſunt.

❡Iuſtitia eſt habitus animi cōi utilitate conſeruata: ſuū cuicunq; tribu-
ens dignitatē. Eius initiū eſt a natura ꝓfectū. Deīde quædā ī cōſuetudi
nem ex vtilitatis ratione uenerūt: poſtea res & ab natura ꝓfectas: & ab
cōſuetudinem probatas: legū metus & religio ſanxit. Hæc Cice. tradit
lib. ii. Rhetoricoꝝ. Libro autem tertio Rhetoricorum ad Herēnium Iu
ſtitia inquit eſt æquitas: ius vnicuiq; retribuens pro dignitate cuiuſq;.

❡Ius triplex a. M. Cicerone commemoratur libro. ii. Rhetoricorū. Ius
naturæ: ius conſuetudinis: ius legis.

❡Ius naturæ eſt: ut lib. ii. rhetoricoꝝ Cic. oſtendit: quod nō opinio ge
nuit: ſed quædam innata vis inſeruit: ut religionem pietatem. gratiā vin
dicatiōe. obſeruantiā. ueritatē. Conſuetudine ius eſt qđ aut leniter a na
tura tractū aluit: & maius fecit uſus: vt religionē: aut ſiquid eorum: quæ
ante dicta ſunt: a natura ꝓfectū, maius factū pp cōſuetudinē. Videmus

aut in moré uetuſtas, uulgi approbatione perduxit. Quod genus pactū eſt: par iudicatū. ¶Iudicatum eſt: vt eodē ipſo ī loco Cicero ait: de quo alicuius: aut aliquorum iam ſententiis conſtitutum eſt.

¶Lege ius eſt: quod in eo ſcripto: quod populo expoſitum eſt: ut obſeruet: continetur. Cicero eodem ipſo libro oſtendit: ac loco.

¶Incolūitas vna cū potētia: vt Cicero oſtēdit lib. ſecūdo Rhetoricoꝝ: pars utilitatis altera ē. Eſt aūt īcolūitas ſalutis tuta: atqꝫ integra cōſuatio.

¶Imperator definitꝰ: conſtituiturqꝫ a. M. Antōio apd. M. Ciceronē lib. i. de oratore: āminiſtrator quidā belli gerēdi: cuius ars, eſt de exercitu: de caſtris: de agminibꝰ: de ſignoꝝ collocationibus: de oppidoꝝ oppugnationibus: de inſidiis faciēdis. atqꝫ uitādis: de reliqs rebus quę ſint ꝓpria belli āminiſtrādi: quaꝝ q ſunt aīo & ſcīa cōpotes: ii eſſe īpatores dicūt.

¶Iuriſconſultus autem: idem ait: iis uere nominatur: qui legum & conſuetudinis eius: qua priuati in ciuitate vtuntur: & ad reſpondendum: & ad agendum: & ad cauendum peritus eſt.

¶Iudicare eſt ſtatuere ac firmiter decernere. Cic. in primo de finibꝰ bonorum & maloꝝ. Nec etiam ſatis eſt iudicare quid faciendum: non faciendum ſit: ſed ſtare etiam oportet in eo: qđ ſit iudicatū. pleriqꝫ autem quod tenere atqꝫ ſeruare id quod ſtatuerunt: nō poſſunt uicti & debilitati obiecta ſpecie uoluptatis tradunt ſe libidinibus conſtringendos.

¶Licere & expedire; oñdit differre Auguſtinus in libro de adulterinis coniugiis: dicens. Poteſt aliquid licere: & nō expedire. Expedire aūt qđ nō licet: non pōt. Ac per hoc non oīa: quæ licita ſunt expediunt: omnia uero illicita non expediunt. Idem paulopoſt. Ea mihi uidentur licere: & nō expedire: quæ per iuſtitiā quidē quæ corā Deo eſt: permittuntur: ſed pp offenſionē hominū: ne ob hoc impediantur a ſalute uitanda ſunt: ea uero nō licere: & ideo nō expedire: quæ ſic ipſa iuſtitia vetantꝰ: ut facienda non ſint: etiam ſi ab eis: quibus in notitiam fuerint perlata laudentꝰ.

¶Labor duplex a Cicerone ſignificatur: Alter libero dignus uiro: alter illiberalis. Et primus ille uocatur induſtria: qlis eorum eſt: qui in ſcribēdo uerſantur: atqꝫ elaborant. alter apolitiore abhorret elegantia: ut hi faciunt: qui arant: aut fodiūt. Cic. in primo de finibus libro. Vt Terentianus Cremes nō īhumanꝰ: qui nouū uicinū nō uult fodere. aut arare: aut aliquid ferre: deniqꝫ nō illū ab īduſtria. Sed ab illiberali labore deterret.

¶Memoriā theſaurū rerū oīum Cic. appellat prīo de oratore: eāqꝫ prīo Rhetoricorū libro ita diffinit. Memoria ē firma aī rerū ac uerborū ad inuentionē perceptio: prīo de īuentiōe. At ī prīo ad Herēniū eſt ingt: memoria firma animi rerū & uerborū diſpōnis præceptio: eamqꝫ libro tertio theſaurū inuentorū: atqꝫ oīum partiū Rhetoricæ cuſtodē appellat.

¶Memoria ſicut intelligentia: ac prouidentia pars Prudētiæ eſt: atqꝫ ea pro Ciceronis ſentētia libro. ii. Rhetoricoꝝ ſic diffinitur. Memoria eſt:

per quam animus repetit illa: quæ fuerunt.

Modeſtia

¶ Modeſtia a. M. Tul. lib. ii. Rhetori. ps ponit̃ tẽperãtiæ & his finit̃ uerbis. Modeſtia ẽ: p quã pudor honeſt⁹ charã & ſtabilẽ parat auctoritatẽ.

Bernardus

¶ Meditationis eſt: pſcrutari occulta Contẽplationis eſt: ammirari perſpicua. Bernardus ſup. i. Quid eſt tibi mare qđ fugiſti. Et ſubdit Si qui dẽ meditatio eſt: occultæ ueritatis ſtudioſa inueſtigatio: contẽplatio eſt perſpicuæ ueritatis iucũda ãmiratio. Quæ aũt occulta ſunt ſolẽt ad manifeſtationẽ ꝑdire: mõ ex ꝓpria meditatiõe. modo ex diuina reuelatiõe Vbi ergo reuelatiõis grãm pñtẽ hẽm⁹: meditationis officio nõ egem⁹.

Tullius

¶ Mathematicæ diſcipliæ q̃ttuor partes inuere uidet̃ i prio de Finib⁹ bonoꝝ & maloꝝ. M. Tulli⁹. Aut ſe inqt: vt Plato in muſicis: geometria numeris: aſtris contereret: per quæ muſica: geometria: arithmetica: aſtrologia ſignificari uidentur.

Mortis tria genera

¶ Mortis tria ſunt gñ̃a: iqt Ambroſi⁹ i lib. de bono mortis. ... mors pc̃ti ẽ: de q̃ ſcriptũ ẽ. Aĩa q̃ peccauerit: ipa morief. Alia mors myſtica: qñ qs pc̃tõ morif: & Deo uiuit: de q̃ idẽ apl's. Cõſepulti. n. ſumus cũ illo p baptiſmũ i morte. Tertia mors: qua curſũ hui⁹ uitæ: & mun⁹ explem⁹ ideſt aĩæ corpiſq; ſeceſſio. Ac ſtati addit. Aduertim⁹ igit̃ ꝙ vna mos ſit mala: ꝓpter pc̃tã moriamur: alia mors bona ſit: qa is: q mortuus fuerit: iuſtificatus eſt a peccato: tertia mors media ſit. Nã & bona iuſtis uidet̃: & pleriſq; metuenda quæ cum abſoluta omnes: paucos delectat.

Cicero

¶ Oculi nõ modo qui ad uidẽdũ aĩantib⁹ dati ſunt: ſed & ꝓ cõſpectu a ueterib⁹ nõnunq̃ poni cõſueuerũt Cicero in catone maiore de. F. maximo. nec uero in luce modo: atq; oculis ciuiũ magnus idem ſi primo de finibus bonoꝝ & maloꝝ de Torquato. At magnũ piculũ adiit: & i oculis qdem exercitus.

Obſeruãtia

Obſeruantia eſt: ut oſtẽdit Cicero libro. ii. Rhetoricoꝝ a natura iure: ac diffinit̃ his uerbis. Obſeruãtia eſt: p quã homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignatur.

Orator

¶ Orator pro. M. Antonii diffĩone apud Ci. lib. i. de oratore dicit̃: qui & uerbis ad audiendũ iucundis: & ſentẽtiis ad ꝓbãdũ acõmodatis uti poſſit i cauſis forẽſib⁹. atq; cõmunib⁹: & qui præterea iſtructus uoce ſit: & actiõe: & lepore quodã. Eſt aũt oratoris officiũ: ut lib. i. Rhetorioꝝ ad Herenniũ oſtẽdit Ci. de iis reb⁹ poſſe dicere: quæ res ad ciuilẽ uſum morib⁹ & legib⁹ cõſtitutæ ſunt cũ aſſenſiõe auditoꝝ: quoad ei⁹ fieri poteſt.

¶ Orator: quæ ſecũdũ. M. Antoniũ hr̃e debeat: declarat: atq; exponit Cicero libro. i. de oratore dicẽs in oratore acumẽ dyalecticorum: ſcientia philoſophoꝝ: uerba ꝓpe poetaꝝ: memoria iuriſconſultoꝝ uox tragœdorum geſtus pene ſummorum actorum eſt re quirendus.

Oratorẽ 5 conuenit res habere

¶ Oratorem quinque cõuenit res habere Ciceronis teſtimonio primo rhetoricorum: tum de inuentione: tum ad Cicero Herenium libro. Inuentionem: diſpõnem: elocutionem memoriam: pronuntiationem.

❡Orationē duplicē eē oſtēdit.M.Tul.lib.i.de fini.bonoꝝ & malorū: alterā ꝑpetuā:alterā īterrogatiōe:ac reſpōſione cōſtantē.Ei⁹ hæc uerba ſunt.Vti rōne ꝑpetua malo:ꝗ̄ īterrogare:aut īterogari:Et ī Tuſ.qōnib⁹ attic⁹ dicit.Sed nihil te īterpellabo:cōtinētē ofonē audiſ malo.Tū.M. īgt.Quid ſi te rogauero aliq̄d nōne reſpōdebis.Rurſū quoqꝫ ī.ii.li.de finib⁹ bonoꝝ & maloꝝ.Ego aūt īgt:arbitror:ꝗ̄ꝗ̄ admodū delectat⁹ ſū ei⁹ oratiōe ꝑpetua tñ cōmodius cū ī reb⁹ ſingulis īſiſtas:& ītelligas qd q̄ſqꝫ cōcedat:qd abūdat ex reb⁹ cōceſſis cōcludi qd uelis:& exitum pueniri.

Ortenſius magnus fuit orator:atqꝫ ut.A.Gelius ait libro.i.de noctibus acticis:omnib⁹ fere oratorib⁹ ætatis ſuæ:niſi.M.Tullio clarior.Quāq̄ ob nitidiorē munditiā maledictis:& ꝓbroſis cōpellatiōib⁹ iactatus eſt.

❡Ortēſius dicit:& Ci.lib.ī quo phiæ laudes cōplexus eſt.Hinc dicit ī lib.i.de finib⁹ bonoꝝ & maloꝝ.Phiæ qdē vituperatorib⁹ ſatis rñſum ē eo lib.quo a nobis phia defenſa:& collaudata ē:cū eēt accuſata:& uitupata ab Ortēſio.Et ī ſecūdo Tuſculanaꝝ diſputationū.Nos aūt vniuerſæ phiæ uitupatorib⁹ rñdim⁹ ī Ortēſio:Sed & Aur.Au.ī.iii.cōfeſſionū lib.Liber ille:īgt ipſi⁹ Ci.exhortationē cōtinet ad phiā:& uocat Ortēſi⁹.

❡Pronunciatio:quā habere oratorē oportet:eſt:vt Cicero finit ex reꝝ:ac uerborum dignitate:uocis:ac corporis moderatio.Lib.i.Rhetoricorum de inuentione.In primo uero ad Herennium ita ait.Pronunciatio eſt uocis:uultus:geſtus moderatio cum uenuſtate.

❡Prudētia ut oſtēdit.M.Tullius lib.ſecundo Rheticorum:eſt rerum bonaꝝ:& malarū utrarūqꝫ ſciētiā.Partes eius ſunt memoria:ītelligētia:prudentia.In Rhetoricis:uero ad Herēniū libro.iii.his uerbis finit.Prudentia eſt calliditas:quæ rōne quadā pōt delectū hr̄e maloꝝ & bonoꝝ. Dicit item prudēta ſcia cuiuſdā artificii.Appellat itē prudentia rerum multaꝝ memoria:& uſus complurium negocioꝝ.Hæc ad Herennium.

❡Prouidentia eſt:vt ait Cic.libro.ii.Rhetoricorum:per quam futurū aliquid videatur:antequam factum eſt.

❡Pietas uti diffinit Cic.libro.ii.Rhetoricoꝝ:eſt per quā ſanguine cōiunctis:patriæqꝫ beniuolis:officium & diligens tribuitur cultus.

❡Pactum a iure cōſuetudinis ē:ut oſtendit Cicero libro.ii.Rhetoricorum.Eſt autem pactum:quod inter aliquos conuenit.Sicut par diffinitur ab eodē his uerbis.Par quod in omnes æquabile eſt.

❡Patientia fortitudinis pars eſt:vt oſtendit Cicero libro ſecundo Rhetoricorum.Et autem patientia honeſtatis:vt utilitatis cauſa rerum arduarum & difficilium uoluntaria ac diuturna perpeſſio.

❡Perſeuerātia quoqꝫ pars eſt fortitudinis:& ut idem:ait eſt in ratione bene conſiderata ſtabilis & perpetua permanſio.

❡Potentia ut eodem loco declaratur:vna cum īcolumitate:altera vtilitatis pars eſt:atqꝫ ita diffinitur:vt ibidē Cicero ait.Potentia eſt ad ſuā

conſeruãda:& alterius obtinenda idonearum rerum facultas.
¶Philoſophi:qui ut ait.M.Antonius apud Ciceronẽ lib.i. de oratore
de ſua ui ac ſapia vnus oĩa profitet̃:hæc tñ deſcriptio eſt:ut is qui ſtude
at omniũ rerꝫ diuinarꝫ atq; humanarꝫ uim:naturam:cáſq; noſſe:& omnẽ
beneuiuendi rationem tenere & proſequi hoc nomine appelletur.
¶Philoſophi decent bene uiuere:& artem uiuẽdi profitent̃. Oratores
autem potius bene dicunt.Lactãtius lib.i.diuinarꝫ inſtitutionum. Iccir
co apud græcos maiore in gloria philoſophi q̃ oratores fuerũt.Illi.n.re
cte uiuẽdi doctores ſunt exiſtimati:quod eſt longe p̃ſtabilius:quoniam
bene dicere ad paucos pertinet:bene autem uiuere ad omnes.
¶Philoſophi Cicerone teſtante in.i.Rhetoricorꝫ libro:ꝓpriũ eſt quæ
ſtionẽ tractare:eam uidelicet quæ controuerſiã habet ſine perſonarꝫ cer
tarꝫ intermiſſione:vt quæ ſit forma mundi:quæ Solis magnitudo : quã
partẽ ipſam in dicendo poſitam inſcite Hermagoras oratori tribueret.
¶Oratoris eſt aũt cauſam agere:qđ eſt rẽ:quæ in ſe habeat cõtrouerſiã
in dicẽdo poſitã cum certarꝫ p̃ſonarꝫ interpoſitione : quæ tripartita eſt:
& demõſtratiua:deliberatiua:iudicialis primũ ab Ariſtotele appellata.
¶Philoſophi & poetæ quo differant:patefacit.Lactantius Firmianus:
quũ hæc dicit:lib.diuinarꝫ inſtitutionũ prio.Hactẽus de poetis:ad phi
loſophos ueniamus:quorꝫ grauior eſt auctoritas:certiuſq; iudiciũ:quia
non rebus commenticiis:ſed inueſtigandæ ueritati ſtuduiſſe credũtur.
¶Parcæ Fata appellãt.Virgili⁹ ĩ pio Aeneidos.Sic uoluere parcas.La
ctãti⁹lib.prio diuinarꝫ ĩſtitutionũ:illud q̃le ẽ:eſſe fata qb⁹Dii oẽs:& ip
ſe Iuppiter pareat.Si parcarꝫ tãte uis ẽ vt plus poſſit q̃ cœleſtes uniuerſi.
¶Pecuniã exponit elegãter Aureli⁹ Auguſtin⁹ ĩ lib.de diſciplĩa xp̃iana
ĩquiens.Totũ qcquid homines poſſĩdẽt ĩ terra:oĩa:quorꝫ domini ſunt:
pecunia uocat̃.Seruus ſit:uas ager:arbor:pec⁹:qcquid:horꝫ ẽ pecunia
dicit̃. Et ideo pecunia qa ãtiqui totũ : qđ habebãt:ĩ pecorib⁹ponebãt:
A pecore pecunia uocat̃:Legim⁹ antiquos patres dites fuiſſe paſtores.
¶Peccare quo pacto ĩtelligi oporteat declarat Auguſtinus libro de ad
ulterinis coniugiis.Intelligendum eſt ex conſuetudine ſermonis abſur
dũ quæ ita late patet:ut etiã iumẽta quãuis ſint rationis expertia:tamen
pleruq; dicam⁹ debere uapulare quũ peccãt.Peccare autẽ ꝓprie nõ eſt
niſi eius:qui utit̃ rationali uoluntatis arbitrio:qđ in omnib⁹ mortalibus
animãtib⁹ nõ niſi homini eſt diuinitus attributũ.Sed aliud eſt. cũ ꝓprie
loqmur:aliud cum uerba ex aliis reb⁹ trãſferẽdo uel abutẽdo uocamus.
¶Proſperũ:atq; aſperũ uident̃ cõtraria auctoritate Ciceronis l.i.de fi
nib⁹ bonorꝫ & malorꝫ.Si ĩfãtes:pueri:mute ẽt beſtie pene loquũt̃ magi
ſtra ac duce natura.nihil eẽ p̃ſpũ niſi uoluptatẽ.nihil aſperꝫ:niſi dolorẽ.
¶Religio Dei cultura.Nonius Marcellus.Diuinarum rerum ſcientia a
philoſophis & maioribus appellata plutarcus in pauli Aemilii uita Ci

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cero ſecũdum.A.Gel.in oratione de accuſatore conſtituendo :religio-
ſa delubra maieſtatis:uenerationiſq; plena.

¶Religioſũ qđ ꝓpter ſanctitatẽ aliquã remoto ac ſepoſitũ a nobis Maſ-
ſurius Sabinus relinquẽdo dictũ.Seruiꝰ Sulpitiꝰ ꝓpter ſanctitatẽ aliquẽ
a relegãdo.Religioſi qui faciẽda:& uitãda diſcernunt Feſtus:Põpeius.

¶Religio a nature iure eſt Ciceronis auctoritate libro.ii.Rhetoricoꝝ:
ubi & eam ſic diffinit.Religio eſt:quæ ſuperioris:cuiuſdã naturæ:quam
diuinam uocant curam cerimoniamq; affert.

¶Depræhendere ac maledicere:quo differãt.Ciceroni uerbis declara-
tur in prĩo de finibꝰ bonoꝝ & maloꝝ libro.Differẽtiũ iter ſe reprẽſiones
nõ ſũt uitupãdæ:maledicta uero cõtumeliæ:tũ iracũdiæ.cõcertatiõeſq;
ĩ diſputãdo ptiaces ĩdigne phĩa mihi uidri ſolẽt. Ac pauloPoſt.Neq; di-
ſputari ſine rephẽſiõe:nec cũ iracũdia:ac pertĩacia recte diſputari põt.

¶Subſellia pro iudiciis:tanq̃ locus pro exercitatione eius:quod ĩ loco
fieri ſolet.Cicero.i.de Oratore.Age uero ne ſemp foꝝ ſubſellia:roſtra:
curiãq; meditare.Et iterũ:Qualis eſſe poſſet is : qui habitat in ſubſiliis:
neq; quicquã amplius afferret:q̃ quod cauſarum neceſſitas poſtularet.

¶Sapientiã ſecundũ Epicurũ Cicerone teſte I primo de finibus bono-
rum & maloꝝ libro:ars uiuendi putanda eſt.Eſt.n.vna quæ mœſtitiam
pellat ex animis:quæ nos exhorreſcere metu nõ ſinat:qua præceptrice
in tranquillitate uiui poteſt:omnium cupiditatum ardore reſtincto.

¶Senſus iuxta Epicuri ſententiam:vt eſt apud Ciceronẽ intelligere in
primo de finibus bonorum & maloꝝ:ĩcorrupti ſunt:atq; integri teſtes:

¶Sibyllæ decem fuere teſtante lactantio libro primo diuinaꝝ ĩſtitutio-
nũ:Prima Perſis:Secũda Lybia.Tertia Cymæa.Quarta Delphica:Quĩ-
ta Erithrea.Sexta Samia.Septĩa Cumana:noĩe Amalthea.Octaua Hel-
leſpontica Nona Phrigia.Decima Tyburtina.nomine Albunea

¶Sibyllæ:vt oſtendit Lactãtius libro diuinarum inſtitutionum primo:
omnes fœminę uates ſunt a ueteribus nuncupatæ:vel ab vnius delphi-
dis nomine:vel a cõſiliis deorum enũciãdis.σιουσ enim Deos θέουσ
& conſilium : non βουλῶκ ſed βουλιαν appellabant Eolico genere
ſermonis.Itaq; ſibyllam dictam eſſe:qauſi θέουβαλὴν.

¶Solidum qua ratione & perfectum:dicatur:oſtendit Lactantius diui-
narum inſtitutionum libro primo.Id ſolidum.inquit : exiſtimãdum eſt:
cui nihil decedere:id perfectum.cui nihil poſſit accedere.

¶Sortiri & eligere qũo diſtent:oſtendit Pliniꝰ ĩ præfactione naturalis
hyſtoriæ dicens.Plurimum refert ſortiatur aliquis iudicem:an eligat.
Multũq; apparatus intereſt apud inuitatum hoſpitem:& oblatum.

¶Se ueritatis ꝓpriũ uideẽ cẽ:q̃ peccata ſũt uĩdicaẽ:& charitati quomo-
do apponaẽ:apit Auguſtinꝰ ĩ epiſtola ad virgĩes dicẽs.Sicut apparata
ſeueritas pctã:q̃ iuenerit:vĩdicaẽ.ita ñ uult charitas qđ iudicet: iueniẽ.

¶Temperantia: vt etiam Epicuro videtur: Cicerone teſte ī primo libro de Finibus bonorum & malorum: eſt quæ in rebus aut expetēdis: aut fugiendis: vt rationem ſequamur: monet.
¶Temperantia: quēadmodum finit magnus orator libro ſecūdo Rhetoricorum. eſt rationis in libidinem atq; in alios nō rectos impetus animi firma & moderata dominatio: quæ & inter principales virtutes conſtituitur: & partes habet Continentiam: clementiam: modeſtiam. Eandem & libro tertio Rhetoricorum ad herennium appellatur modeſtia quæ diffinitur in animo continens moderatio cupiditatum.
¶Vendicare: liberare. Cicero in libro de Finibus bonorum & malorū Sapientiam eſſe ſolam: quæ nos a libidinum impetu: & a formidinum terrore vindicet.
¶Voluptates ſecūdum Epicuꝝ dicit̄ id omne. quo gaudemus: vt omne: quo offēdimur: dolor. Ac doloris omnis priuatio recte nominata eſt uoluptas. oſtendit Cicero primo de finibus bonorum & malorum.
¶Voluptatem duplicem conſtituebat Epicurus Cicerone teſtante in primo de finibus bonorum & malorum. Non hanc ſequimur ſolā: quæ ſuauitate aliqua naturam ipſam mouet: & cum iucunditate quadam percipitur ſēſibus. ſed maximam illam uoluptatem habemus: quæ percipitur omni dolore detracto.
¶Voluptas & dolor opponuntur. Ac Cicerone teſtāte in primo de Finibus bonorum & malorum. Nō placuit Epicuro mediū eſſe quid nam inter dolorem & uoluptatem. Illud .n. ipſum quod quibuſdam mediū uidetur cum omni dolore careret: non modo uoluptatē eſſe. uerū etiam ſummā uoluptatē Plato in phædone. Voluptas & dolor cum ſimul ī homine adeſſe nolint: ſiquis tamen alterum capiat: ſemper ferme vt alterꝝ quoq; accipiat: neceſſe eſt: quaſi ex eodem capite ambo cōnexa. Atque arbitror: inquit: ſi hæc cogitaſſet. Eſopus fabulam: eum facturum fuiſſe. quod cum deus illa inter ſe repugnātia reconciliare uellet: neq; id facere poſſet: coniunxiſſe in vnum eorum apices. eaq; de cauſa fieri: vt cuicunq; alterum adſit: eundem poſtea ſequatur & alterum.
¶Virtus partes habet quattuor: vt oſtēdit Cic. lib. ii. Rhetoricoꝝ: prudentiam: iuſtitiam: fortitudinem: temperantiam.
¶Vtilitatis: vt ibidem Cicero ait: duæ partes videtur eſſe. incolumitas & potentia.
¶Vmbra res inanis. Cice. in primo de Finibus bonorum & malorum: quando Epicuri contra Stoicos refertur ſententia. Illi enim negant bonum quicquam eſſe: niſi neſcio quam illam umbram. quod appellāt honeſtum: non tam ſolido: q̄ ſplendido nomine. Laus Deo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google